ꝛ etiam Macrobius dicunt ꝙ quarta portio nostra habitabilis vndiq̄

cingitur mari. ¶ Nota q insolentia fm Senecam est species falsi magnitudinis. sed fm Hugutionem insolentia est superbia vel fatuitas. in p/posito autem potest exponi pro inconsuetudine. ꝛ tunc dicitur ab in qđ est non. ꝛ soleo quod est consuesco ¶ Nota q causa sus ē mons quidaꝫ situs in parte septentrionis ad quem non quenerat fama romane vrbis licet partbis et alijs gentibus assidentibus fama romanoꝝ erat formidolosa. id est formidabilis

Quid q si diuersarum gentiū mores inter se atq; instituta discordāt vt quod apud alios laude apud alios supplicio dignum iudicetur. Quo fit vt si quem fame predicatio delectat huic in plurimos populos nomen proferre nullo modo ꝓducat. Erit igit quagata inter suos gloria quisq; ꝓtēt⁹. ꝛ intra vnius gentis terminos p̄clara illa fame immortalitatis coartabitur.

¶ Quid q diuersaꝝ hic ostendit gloriā mundanam esse exilem ex parte diuersitatis morum propter quos de eodem apō diuersos cōtrarie iudicatur. ꝛ intendit talem rationem. Contrarietas institutiōnū et legum impediunt fame dilatatiōez sed homines contra

riarum institutionum ꝛ legum terram inhabitant. ergo diuersitas institutionum ꝛ legum impediunt dilatationē fame. ꝛ per consequens nō est multum appetēda. Unde dicit in littera. Quid supple ē iudicandum q mores ꝛ instituta ꝛ leges diuersarum gentium inter se discordant vt illud quod apud alios iudicetur dignum laude. apud alios iudicetur dignum supplicio. quo fit. i. ꝓpter quod. vt si predicatio .i. dilatatio fame delectat quem. i. aliquem. nullo modo conducat. i. laboret pferre nomen. id ē famam suam in plurimos populos. quia licet ab aliquibus laudaret ab alijs tamen vituperaretur. Erit igitur quisq; cōtentus gloria quagata id est dilatata inter suos. Et ista p̄clara immortalitas fame. ꝛ loquit̄ hyronice. quia non est preclara nec immortalis illa. coartabitur. i. cōstringetur intra terminos vnius gentis. id est. vnius idiomatis ¶ Nota q tāta est diuersitas morum in gentibus. q illud quod reputatur apud alios laudabile apud alios reputatur vituperabile. Reputatur enim apud syrios laudabile comedere parentes mortuos ne comedantur a vermibus in terra quod apud alios extraneos est execrabile. Similiter apud iudeos reputatur laudabile ducere vxores con sanguinitate proximas. quod apud christianos prohibetur. Item in triuallis laudabile est occidere patrem senagenarium ꝛ cremare ipsum. quod apud alios est vituperabile.

Unde dicit poeta. Sūt loca sunt gētes quibus ⁊ mactare parētes Est fas ⁊ pietas dum longa supuenit etas.

¶ Sed q̄ꝫ mltos clarissimos. Hic phia oñdit exilitatez glie ex breuitate duratōis ꝓpter quā nō ꝑpetuat. Et diuidit in tres ꝑtes. ¶ Prio ostēdit h ex hoīm obliuiōe. scdo ex tpis breuitate ibi. vos ꝟo. tertio oñdit gliaz a viris ꝟtuosis ñ eē appetēdā. ibi. Uos autē Primo dicit q fama ⁊ glia nō sit īmortal q̄ꝫ. qr q̄ꝫ mltos viros clarissimos. i. gloriosos suis tpib⁹ dleuit īops. i. defectuosa obliuio scriptorū. q̄ꝫ q̄ꝫ etiā ipa scripta ꝓficiant qd. i. parū. q scripta lōgior. i. obscura vetustas tpis p̄mit. id ē ꝯsumit cuz suis autorib⁹ q̄ꝫ sūt scpta ¶ Nota q ꝑ scripturā fama gestoꝝ trāsmittit ad posteros. talis aūt scptura qñ q̄ꝫ deficit vel ꝓpter īopiā scriptoꝝ vel qa ipa scripta in se vetustate cosumunt. Et iō fama ⁊ gloria ī obliuionē ꝑueniūt. vñ Salusti⁹ in cathalinario ꝯqueritur res gestas romanoꝝ minus esse famosas propter inopiam scriptoꝝ: athenien sium vero maioris fame q̄ꝫ romanorum ꝓpter scriptorum copiā. ¶ Uos ergo immortalitatem vobis ⁊c. Hic philosophia ostendit famam ⁊ gloriam non esse durabilem ⁊ immortalem ex temporis breuitate dicens. Uos ergo homines videmini vobis propagare id est facere immortalitatem cum cogitatis famam futuri temporis. et in hoc frustra cogitatis. quia exilis est duratio fame per tempus quod scilicet tempus si pertractes id est compares ad infinita spacia eternitatis quid habes q leteris de tui nominis diuturnitate. id est tue fame. q. d. nihil. ē. etem̄ mora vni⁹ momenti si conferatur. id ē comparetur decē milib⁹ annis habet aliquaz

Sed q̄ꝫ multos clarissimos suis tēporib⁹ viros scriptoꝝ īops deleuit obliuio. Quāq̄ꝫ qd ipa scripta ꝓficiūt q cū suis autorib⁹ p̄mit lōgior atq̄ꝫ obscura vetustas. Uos ergo īmortalitatē vobis ꝓpagare videmī cū futuri famā tpis cogitatis. qd si ad eternitatis infinita spacia ꝑtractes qd hēs q d tui nois diuturnitate leteris. Uni⁹ em̄ hora momenti si decē milib⁹ conferat annis. qm̄ vtrūq̄ꝫ spaciū diffinitū est minimaz licet. habet tñ aliquā proportionē. At hic ipse numerus annoꝝ eiusq̄ꝫ quātūlibet multiplex ad intermiabilē diuturnitatem nec ꝯpari qdem pōt. Eteni finitis ad seinuicem fue

Prosa sexta

ꝓportionē. licz minimā. i. valde quā. qm̄ vtrūcꝫ spacium tpis ē diffinitū sed hic nūer⁹ annoꝝ. s. decē milia. vl'ei⁹ nūeri q̄ntūlibet multiplex sit ē duplū vel triplum non pōt cōpari ad interminabilem diuturnitatē q̄ ē eternitas. etenim ꝑ qz finitis ad seinuicē fuit q̄dam collatio. i. ꝓpatio. Infiniti vo z finiti nulla vnqꝫ potest esse collatio. i. ꝓpatio. Ita fit vt fama tpis q̄nticunqꝫ ꝓlixi si cogitet ꝓpando cuz exhausta. i. infinita eternitate. ipa videat nō qua sed plāe nulla eē

rit q̄dam: infiniti vo atqꝫ finiti nulla vnqꝫ poterit esse collatio. Ita fit vt quāticūqꝫ prolixi tpis fama si cū inexhausta eternitate cogitet ñ qua sed plane nulla eē videat. Vos aūt nisi ad populares aures ianesqꝫ rumores recte facere nescitis z relicta ꝓscie vtutisqꝫ pstātia: de alienis p/mia sermunculis postulatis. Accipe in hmōi arrogātie leuitate q̄ festiue aliq̄s illuserit. Mā cū q̄dā adorsus eēt boiez ptūelijs q̄ nō ad vere vtutis vsū. sed ad supbā gloriā falsum sibi philosophi nomē indue/rat adiecisseteꝫ iam se sciturum an ille philosophus esset: siq̄dem illatas iniurias leuiter patiēteꝫ tolle

¶ Nota q oē q̄ incipit in tpe necessario hz finē in tpe. cū tps sit cā corruptōis tpalium. iij. ethicoꝝ. cū igit fama sit tpal' incipiēs in tpe ipa declinet in tpe. z ꝑ ꝓs nō ē ppetua. ¶ Nota q tps q̄ntūcūqꝫ magnū ꝓpatū ad eternitatē minimū reputatur z q̄si nullius momēti. licet em̄ finitoꝝ ad seinuicē possit eē ꝓpatio vinf ipa pt esse ꝓportio. tñ finiti ad infinitū nulla pōt eē ꝓpatio. Cū igitur eternitas sit duratō infinita tota sit' exñs z tps q̄ntūcunqꝫ magnū sit finitū tps nullā hēbit ꝓportionē ad eternitatem. z ꝑ ꝓs fama q̄ntūcunqꝫ ꝓlixi tpis cōparata ad eternitatē nulla videt eē. ¶ Vos aūt nisi ad populares aures. Hic phia ostendit gliaz a vtis vtuosis non esse curandā. z hoc duabus rōnibus. scdā ibi. Quid aūt est. Prima rō est illa. Illud quod spectat ad leuitatē arrogātie a sapiētibus nō est curandū. sed gl'ia. ꝓpter quā hō recte facit. ꝓpter laudes hoim illa spectat ad leuitatem arrogantie z est digna derisione g̃ rō. q aūt talis arrogātia sit q̄dā derisio declarat in lra. z dicit. Vos hoies nescitis recte facere nisi ad populares aures. i. ad pp'oꝝ cōplacētias z ad inanes rumores z laudes. z vos postulatis. i. desideratis p̄mia de fmūculis alienis. re

ceta. i. postposita. ꝑstātia. i. dignitate vīe conscie ⁊ virtutis ꝓpter quā deberetis recte opari. accipe. i. ꝑsidera. ꝯ festiue. i. glie aliqs illuserit. i. deriserit quēdā dicētē se esse phm in leuitate hmōi arrogātie. Nā cū ḋdā tyrannꝰ esset adorsus ꝓtumelijs. i. incepisset alloq ꝓtumelioſe quēdā hoīez q̄ i duerat. i. vsurpauerat sibi falsū nomē phi nō advsū ve ꝓtuꝫ. ſz ad supbā gloriā ⁊ tyrānꝰ adiecisset. i. dixisset se taz scituꝫ an iste eēt phi losophꝰ. si ḋdē illate sibi iniurias patienter leuiterq̄ tolleraſſet. ille ḋ dixit se phi losophū paulisp patientiā assumpsit. ſ. i principio. q̄z p et acceptā ꝓtumelia a tyranno velut sibi insultans inq̄t ad tyrānū intelligis ne me esse phm. tūc ille tyrānꝰ mordaciter inq̄t. itel lexerā te phm esse si tacuisses ¶ Nota fm cōmētatorē in plogo viij. phisi. verꝰ phus dz esse pfectꝰ oibz generib⁹ ꝓtutū. ⁊ p cōſeqns dz esse magnimꝰ Sed fm Señ. in li. de clemētia. magnanimi ē iniurias ⁊ offensiones supbi despicere. ⁊ p ꝓñs verbis cōtumelioſis ꝓuocari nō dz. Itē veri phi ē nō vinci a passionibus sed potiꝰ dz moderare ⁊ refrenare passiōes cū virtꝰ cōſistat in moderatiōe passionū. vñ Arist. iij. ethi. dicit Bāsuetꝰ vult impturbat⁹ esse ⁊ nō duci ad passiōes. vñ ḋdam phs cōtumelioſe sibi insultāti dixit. Tu didiciſti maledicere. sed ego didici maledicta cōtemnere.

rasset. Ille patientiā paulisp assum psit acceptaq̄ ꝓtumelia velut insultans. tiā tandē inq̄t intelligis me eē philosophū. Tū ille nimiū mordaciter intellexerā inquit si tacuisses. Quid aūt est qđ ad p̄cipuos viros de his eñ sermo est q̄ virtute gloriam petūt. qđ inquā est qđ ad hos ꝺ fama post resolutū morte suprema corpus attineat Nā si qđ nr̄e rōnes credi vetant toti moriunt homies nulla est omnino gloria. cum is cuius ea esse dicitur non extet omnio Sin o Ꝟbñ sibi mens cōſcia terreno carcere resoluta celū libera petit nōne oē terrenū negociū spnet. q̄ se celo fruens terrenis gaudet exēptā

¶ Quid aūt ē qđ ad p̄cipuos viros. Hic phia ponit ſcōam rōnem q̄ talꝫ est. hoīes virtuoſi vel totaliter moriunt corpe ⁊ aīa. vel aīa viuit pꝰ mortē Si totaliter moriunt nihil spectat ad eos de gloria post mortē si aīa eorum viuit post mortem. illa petit celum spernens oē terrene negociū ⁊ sic nihil ad eam de terrena gloria. ergo apud virtuoſos hoīes nulla debet eē

cura de gloria. Dicit ergo in lr̄a. Quid est qđ ad precipuos. i. ad virtuosos viros attineat de fama post resolutum corpus extrema morte. q. d. nihil. de his em̄ viris ē sermo nr̄. q̄ petūt. i. querūt gloriaz virtute. i. opibus ꝟtuosis. Nā si hoies toti moriunt̄ corpe ⁊ aīa. vt q̄dā putāt. qđ tn̄ nr̄e rationes. i. ph̄ice rōnes. vetāt. i. ꝓhibēt credi. qꝛ ſm ph̄iam aīa intellectiua ē immortalis. nulla ē oīno gl̄ia post mortem. cū iste oīno non extet. i. non sit cui⁹ ea gloria eē d̄r. Sin ꝟo mēs bn̄ sibi cōscia. i. illesa. resoluta. i. liberata terrēo carcere. i. a corpe p⁹ mortem. libera petit celū nōne ip̄a aīa q̄ celo fruens gaudet se exēptā terrenis. ip̄a spnet om̄e terrenū negociū. ⁊ ꝑ cōseq̄ns terrenā gloriam. q. d. sic.

Metrū septimū secundi libri
Uicūq; solā mente p̄cipiti petit
Summūq; credit gloriam.
Late petētes etheris cernat plagas
Artumq; terrarū situm
Breuem replere n̄ valentis ābitū
Pudebit aucti nominis
Quid o supbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiūt
Licet remotos fama ꝑ ppl̄os meās
Diffusa. linguas explicet
Et magna titul̄ fulgeat claris dom⁹
Mors spernit altā gloriam

¶ Nota q̄ ad virtuosos nihil spectat de fama. nec ī pn̄ti vita nec in futuro. non in pn̄ti. qꝛ dicit Sen̄. in ꝓuerbijs. Quā plurimi curāt famā. pauci aūt cōsciam. ⁊ tales pauci curātes cōscientiā sunt ꝟtuosi ⁊ ph̄i. de q̄bꝫ boeti⁹ loquitur in fine tractat⁹ de sūmo bono dicēs. Pauci sunt viri honorādi sicut ph̄i q̄ cōtēnūt desideriū sensus ⁊ sequuntur desideriū intellect⁹. Plurimi aūt sūt q̄ curāt famā sicut sūt vulgares q̄ relicta ꝟtute cōscie ꝓpter laudes hoim recte faciūt. De q̄bꝫ dicit scriptura. Amē dico vobis. receperūt mercedem suam Nec etiā fama spectat ad viros ꝟtuosos in futura vita. q̄ virtuosi si totaliter moriuntur nihil ad eos de fama Si aūt anīa viuit p⁹ mortē ista euolat ad celū. ⁊ curat de fama. spnit oē terrenū negociū ⁊ poti⁹ gaudet qꝛ est exēpta a curꝫ t̄renis ⁊ gaudio celesti fruit̄ ī et̄nū. Metꝝ. vij. scđi li.

Uicūq; solā. Hic īcipit metꝝ septimū h⁹ scđi qđ d̄r archilogicuz ab īuētore. iābicū a peđ p̄dn̄ante. ⁊ ꝯstat ex p̄mo ꝟsu trimetro. scđo dimetro ī q̄ ph̄ia docz quō gl̄ia sit ꝯtēnēda ex ꝯsideratōe āplitudīs celi ⁊ strictitudīs t̄re dicēs Quicūq; petit. i. đsiderat p̄cipiti mēte solā gl̄iaz ⁊ credit ip̄az eē sūmū. i. p̄cipuū īt̄ appetēda. ista cernat. i. cōsiderat plagas etherꝫ. i. ꝑtes celi late patētes. ⁊ cernat artū situ t̄raꝝ. i. strictū spaciū t̄re ī ꝯparatōe

ad celũ. ille pudebit. i. ꝟecundabit̃ aucti noĩs. i. aucte fame sue nõ valẽtis replere breuẽ ambitũ. i. ꝑuũ spaciũ terre. ⁊ tunc exclamat dicẽs. O ꝓpter hoc miror q̃d i ꝓpter q̃d suꝑbi gestiũt. i. cupiunt. frustra leuare. i. extollere colla sua mortali iugo. i. mortali fama. licz em̃ fama diffusa meãs. i. trãsiens ꝑ remotos ꝓpl̃os explicet se linguas. i. ꝑ linguas ꝓpl̃oꝝ licz mag̃ domus tua. i. nobil̃ parẽtela vl̃ familia tua fulgeat claris titulis id ẽ laudib⁹. tñ mors sꝑnit altaz gloriã. et mors pariter. i. sil̃ inuoluit hũile caput. i. miseꝝ hoiem ⁊ celsũ id ẽ nobilẽ vel diuitẽ ⁊ mors eq̃t infima sũmis nulli ꝑcẽdo. qđ declarat dicẽs Ubi nũc manẽt ossa fidel̃ fabricij. Quid brut⁹ rigid⁹ aut catho sup. est. q. d. q̃d manet đ gl̃ia eoꝝ post mortẽ vtiq̃ modicuz s. illđ manet qđ tenuis fama. i. exilis suꝑstes. id ẽ manẽs signat ĩane nomẽ eoꝝ paucu

Inuoluit hũile ꝑiter ⁊ celsuz caput
Equatq̃ summis infima
Ubi nũc fidel̃ ossa fabricij manent
Quid brutus aut rigidus catho
Signat suꝑstes fama tenuis paucul̃
Inane nomen litteris
Sed q̃d decora nouim⁹ vocabula
Num scire cõsumptos datur
Jacetis ergo prorsus ignorabiles
Nec fama notos efficit
Qđ si putatis longi⁹ vitã trahi
Mortalis aura nominis
Cũ sera vobis rapiet hoc etiã dies
Jã vos secunda mors manet

lis l̃ris scriptis in epytaphijs eoꝝ. sed q̃d. i. ad quid nouim⁹ decora vocabula scripta. nunq̃d intelligit̃ ꝑ ea ipsos esse consũptos. i. mortuos. q. di. imo. Jacetis ergo mortui ꝓrsus ignorabiles nec fama efficit vos notos Et qꝛ aliq̃s diceret. licet ip̃i sint mortui corꝑe tñ viuũt ꝑm famã đt ph̃ia Si putatis vitã vestrã lõgi⁹ trahi. i. ꝓlõgari aura mortalis noĩs. i. splẽdore mortalis fame cũ sera. i. vltima dies vobis hoc rapiet. i. famã auferet. iam vos manet. i. expectat scđa mors. q. d. si estis pri⁹ mortui corꝑe ⁊ fama manẽs est vita vr̃a. illa cessante secũdario moriemi ¶ Notãdũ Fabrici⁹ fuit consul roman⁹ q̃ cũ mitteret̃ pugnare ꝯ pyrrhũ regẽ epyrotaꝝ rex ꝓmisit sibi ꝑtez regni sui vt transiret ad ip̃m. qđ Fabrici⁹ contempsit Seq̃nti anno pyrrh⁹ obtulit sibi magnã pecuniã auri vt traderet romanum imꝑium. cui ait Fabrici⁹ Roma nõ vult auꝝ. sed vult ĩpetrare habentibus auꝝ. ꝓpter hoc ipse dictus fuit fidelis fabricius. Dicit̃ etiaz đ Fabricio ꝙ cum quidam ad eum venisset ꝓmittens se Pyrrhũ regẽ occisurum si Fabricius sibi pecuniam aliquã dare vellet. ip̃e ꝟo Fabricius

hunc traditorē ligatū misit ad Pirrhū p tali sceler punīendū cui tūc Pirrhus virit. Possibilius est solē a suo tramite deuiare q̄ fabricius a via recte rōnis discedere. ¶ Nota q̄ Brut⁹ fuit primus ꝓsul romanus ꝯ amore libertatis et iusticie ꝓpter stupꝝ Lucretie plurima egit ⁊ multa bella ꝓ romanis iniit ꝓpter qđ etiā famosus fuit. ¶ Nota q̄ Catho dictus est rigid⁹ ꝓpter rigorē ꝯ qui ad nihil turpe flecti potuit ⁊ tāte iusticie fuit vt Lucan⁹ ipum dūs ꝓ̄ aret in iudicanda cā ꝯ̄ fuit inter iuliū cesarē ⁊ pōpeium dicens. Victrix cā dīs placuit. sed victa catoni. ⁊ de hoc magis patebit ārto hui⁹ prosa vi.

Prosa octaua libri secundi

Ed ne me ierorabile ꝓtra fortunaz gerere bellū putes. Est aliq̄ cū de hoīb⁹ illa fallax nō nihil bene mereat. tū scz cū se aperit. cum frontē detegit morescz ꝑfitet. Nondū forte q̄d loquar intelligis. Dirum est qđ dicere gestio eoꝝ sententiā verbis explicare vix queo. eteī plus hominibus reor aduersam q̄ ꝓperam prodesse fortunam.

Prosa octaua libri secundi.

Ed ne me inexorabile contra fortunam gerere bellū

¶. Jsta est octaua etvltīa prosa hui⁹ scđi. Et qz ꝓpositū oñdit bona fortune nō mīrū esse appetenda. aliqs putaret q̄ in fortūa nihil esset boni. tō tā oñdit ꝓpositū cuiusmōi bonū sit in fortuna. ⁊ ꝓbat fortunā aduersam plus esse bonā q̄ ꝓsperā. ⁊ ꝓio ꝑmittit suā intentōem. scđo ꝓbat intentū ibi. Illa em̄. Prio dic̄. Quoeti ex dictis ptz q̄ fortuna est ꝓtinēda sed ne putes me gerere. i. facere bellū inexorabile. i. implacabile q̄ fortunā supple scias qđ aliq̄ ē. i. ꝓtigit q̄ ipa fortuna fallax. nōnihil id est aliq̄d bñ mereat de hoīb⁹ eo q̄ aliqđ bonū euenit hoīb⁹ ꝓpositā. tum scz cū fortuna se aperit manifestando suā falsitatē cū detegit frontē ꝓ sui aduersitatē cū ꝑfitet mores suos ꝑ instabilitatē. ⁊ subdit ꝓpositā. Nō duz forte intelligis qđ loquar. qz mirū est q̄ ego gestio. i. cupio dicere. eoꝝ. i. tō vix q̄o explicare sniam ꝓpositā. Etem̄ ego reor. i. opinor. aduersam fortunā plus ꝓdesse hominib⁹ q̄ ꝓsperā ¶ Nota q̄cunq̄ in aliq̄ dicto videt ee repugnātia illud videt mirabile dictū. si dicere fortunā aduersam hoīb⁹ ꝓdesse videt esse qđam repugnantia in dicto. Nā esse aduersum alicui et sibi ꝓdesse ad inuicē repugnant. tō dicit ꝓpositā. Miruz est qđ gestio dicere. scz fortunam aduersam magis prodesse q̄ prosperam. ¶ Illa em̄ specie felicitatis. Hic ꝓpositā probat intentū q̄ fortuna ad ea sit melior sit q̄ prospera tribz rōnibus. scđa ibi. Postremo. tertia ibi

An hoc. Primo dicit. Illa fortuna ꝓspera semꝑ mentit̃ cum videt̃. id est apparet blanda specie felicitatis. i. prosperitatis sed hec. id ē fortūa aduersa semꝑ vera est cū demonstrat se esse instabilē sui mutatione. oñ dit eñ se esse talē qualis est. ⁊ ita ꝑ eā nō decipiunt̃ homines. sed illa. s. ꝓspera fortuna ꝯfidentes in se fallit. hec aūt fortuna aduersa hominez instruit ostendendo ꝙ nō sit ꝯfidendū ꝓspere fortune ꝓpter eius mutabilitatez illa sup. ꝓspera fortuna ligat. i. fallēdo mentes fruentiū hominū specie bonorū mendaciū. hec. s. aduersa fortuna absoluit. i. liberat. s. mentes hoim. cognitione fragilis. i. transitorie felicitatis. Et tūc recolligit effectꝰ vtriusqꝫ fortune dicens Itaqꝫ illā scilz prosperā fortunā videas vetosam. i. suꝑbam fluentē. i. prodigā et suijpiꝰ ignaram nā hoies in prosperitate ꝯtinua seipos nō cognoscūt. hanc scz diuersam fortunā tu videas sobriā. i. succinctā. i. humi ē nō suꝑbā et prudentē exercitatōe aduersitatis. ¶ Nota ꝙ ex ista littera pñt formari tres rōes ꝙ fortuna aduersa melior sit prospera. ¶ Prima ratio est ista. Bona fortuna specie vere felicitatis decipit habentem ipam. sz fortuna aduersa nō decipit. sz vera est ostendens se talē q̄lis est ḡ aduersa melior est q̄ꝫ ꝓspera. ¶ Scda rō est. Prospera fortuna ligat metes hoim mēdacibꝫ bonis. sed aduersa liberat mentes a falsa felicitate. ergo est melior. ¶ Tercia rō ē Prospera fortuna reddit homines sui ignaros. sed aduersa facit hoies sapiētes. ḡ melior est q̄ꝫ prospera. ¶ Postremo felix a vero bono. Hic ꝓhia ponit scdam rōnez q̄ talis est. Quecūqꝫ fortuna trahit ad inq̄sitōem veri boni illa melior est q̄ꝫ q̄ retrahit a vero bono. sz fortuna aduersa est hmōi. ḡ ⁊c. vñ dicit in littera. Postremo felix. i. ꝓspera fortuna cū suis blandicijs trahit deuios. i. errātes a vero bono. sed aduersa fortuna plerūqꝫ retrahit vnco id est tenaculo reducēs ad ꝟa bona. ¶ Nota ꝙ qꝛ ꝓspera fortuna vr̃ eē ꝓpinqua felicitati eo ꝙ sine bonis fortune nō ꝯtingit esse felicē ex de bo/

Illa eñ sꝑ specie felicitatis cū videt̃ blanda mentit̃. Hec sꝑ vera cuz se instabilem mutatione demōstrat Illa fallit. hec istruit Illa mēdaciū specie bonoꝝ mentes fruentiū ligat Hec cognitōe fragilis felicitatis absoluit Itaqꝫ illā videas ventosā fluentē suiqꝫ semper ignarā Hāc sobriam succinctāqꝫ ⁊ ipiꝰ aduersitatis exercitatōe prudentē Postremo felix a vero bono deuius blāditijs trahit aduersa plerūqꝫ ad vera bona edu/

na fortuna. ſō ſuis blanditijs trahit hominē ſenſualē a vero bono. qđ
conſiſtit in ſpeculatōe dei. aduerſa aūt fortuna qꝛ oñdit ꝓſperam for
tunā eſſe mutabilē. ipa reducit hoīem ad verum bonū qđ eſt imutabi
le. ¶ An hoc inter minima ꝛc. Hic phia ponit vltimā rōem q̄ tal' eſt
Illa fortuna eſt melior per quā cognoſcunt veri amici. ſed aduerſa for-
tuna eſt talis. ergo
ꝛc. vñ dicit in lit-
tera. An ꝑ nunq̄d
putas hoc eſtimā
dū inter minia bo
na ꝙ hec aſpera. i.
aduerſa fortūa. de
texit. i. monſtrauit
tibi mētes. id ē cor
da fideliū amicoꝝ
q. d. illud eſt bo-
nū de maximis bo
nis. ꝛ hec ſup. pro
ſpera fortuna. ſecre
uit. i. diſtinxit tibi
ceteros amicos et

cens velut vnco retrahit. An hoc in
ter mīma eſtimādū putas ꝙ amico-
rū tibi fideliū mentes hec aſpa. hec
horribilis fortuna detexit. Hec tibi
certos ſodaliū vult⁹ ābiguoſq̄ ſecre
uit. diſcedēs ſuos abſtulit tuos reli
q̄t. Quāti hoc iteger ꝛ vt videbaris
tibi fortunat⁹ emiſſes. Deſine nunc
amiſſas opes q̄rere qđ p̄cioſiſſimuꝫ
diuitiaꝝ genus eſt amicos inueniſti

ambiguos vultus ſodaliū. i. amicoꝝ. q. d aſpera fortuna docuit te di-
ſcernere inter veros amicos et falſos. qꝛ ꝓſpera fortuna a te diſcedens
abſtulit ſuos. i. q̄ erant amici rōe ꝓſperitatis. Et reliquit tuos amicos
q̄ te dilexerūt nō ꝓpter tua. O q̄nti. i. quanto precio. tu emiſſes h̄ iteger
id eſt in integritate fortune ꝯſtitutus. cū videbaris tibi fortunat⁹ vt po
tuiſſes cognoſcere veros amicos. nūc deſine. i. ceſſa. querere opes id eſt
diuitias amiſſas. qꝛ inueniſti veros amicos qđ eſt p̄cioſiſſimū gen⁹ di
uitiaꝝ. ¶ Nota in aduerſitate falſi amici fugiūt. Sed in tpe proſperi-
tatis manēt. Vñ Seneca in li de remedijs. Quē tu felicē credis illum
multi comitant vt mel muſce ſequunt. cadauera lupi. frumēta formice
p̄dam iſta turba ſequit nō hominē. ¶ Nota ꝙ aduerſa fortuna oſtēdit
fideles amicos Vñ Seneca. xx. epla. Turba familiaris cuꝫ a te paſci
deſierit ipa te nō paſcet. ꝛ qđ in beneficio tuo ſcire nō poteras paupta-
te ſcies. illa veros amicos retinebit. diſcedit q̄cunq̄ nō te ſed aliud ſe-
quebat. Eſt aūt ꝓpter hoc vnū amanda pauptas ꝙ a quibꝫ ameris oñ-
dit. Vñ pauper henricus. Preualet hoc ſolo mala ſors ꝙ mōſtrat a-
micos. Qui boni q̄ mali monſtrat vtrāq̄ viā. Itē poeta. Tpe felici ñ
cognoſcūt amici. Sorte patꝫ miſera q̄ ſit dilectio ꝓ a. Itē alibi. Cū fu
eris felix mltos numerabis amicos. Tpa ſi fuerit nubila ſol⁹ eris. Itē
Thobias. Fluctuat ad cenſū venalis amic⁹ egenū Sed ꝓſus romouet
vt fabricat⁹ amor. ¶ Nota ꝙ fidel' amic⁹ eſt p̄cioſiſſimū gen⁹ diuitiaꝝ
qꝛ amic⁹. ix. ethi. ē alt' ego. i. amicoꝝ ē idē velle ꝛ nolle. nēo ti eligit viuer

sine amicis, hñs reliqua bona ⁊ Seneca. ix. epl̄a dicit. Sapiens etsi cõtentus sit seip̄o. tñ amicũ habere vult. ꝓpter nihil aliud nisi vt exerceat amiciciã. ne tã magna virtus lateat. ⁊ Tulius in li. de offi. diē Honores et diuitie ⁊ dignitates nunq̄ sunt amicicie anteponẽde.

Quod mũdꝰ stabili fide. Metrum octauũ secundi libri.

Hic incipit octauũ et vltimũ metrũ huius scd̄i qd̄d̄r gliconicũ ab inuentore. amphimacruz ꝯpede p̄dñante. ⁊ ē amphimacrus pes antiquoꝝ ꝯstans ex prima et vltima lõga et duabꝫ breuibꝰ medijs dictꝰ ab amphi qd̄ est circum et macros longũ quasi hñs circũquaq̄ lõgã sillabã. In q̄ metro ph̄ia cõmendat amorez ex q̄ dixit ꝙ amici sunt p̄ciosissimũ genus diuitiaꝝ Et primo ꝯmẽdat amorẽ diuinũ. secũdo oñdit quõ hũana natura amicicia ꝯseruatur. ibi. Hic sanctos. Primo facit hoc qd̄ dictũ est. scd̄o ostendit ꝙ ablato diuino amore oĩa corrũpunt. ibi. Hic si frena. Primo dicit. Amor diuinꝰ regens terras ac pelagus. ⁊ impitans. i. frequenter ĩpans celo. ille amor ligat hanc seriẽ. id est concordiã rerũ. ꝙ mundus stabile fide variat cõcordes vices. i. alternationes tp̄m anni noctis et diei. ⁊ ꝙ semina pugnantia. i. elementa ꝯ̄ria. tenẽt ꝑpetuũ fedus. i. ꝯcordiã ne vnũ totaliter aliud corrumpat. ꝙ phebꝰ. i. sol curru aureo ꝓuehit. i. producit roseum diẽ. i. clarũ diem. idẽ amor facit vt phebe. i. luna impet. i. p̄sit noctibꝰ quas noctes hesperus. i. stella vespertina. duxerit. i. adducit ⁊ vt auidũ mare ad exeundũ coerceat fluctus suos certo fine. i. determinato fine. ne liceat sibi tendere. i. extendere latos terminos vagis terris i. amplisi terris sup. totaliter cooperiẽdo terrã. ¶ Nota ꝙ Tulius loq̄ns de amicicia dicit. Amicicia est virtus mouens superiora ad ꝓtectionẽ iferioꝝ

Metrũ octauũ secundi libri
Uod mũdus stabili fide
Concordes variat vices
Quod pugnãtia semina
Fedus perpetuum tenent
Quod phebus roseum diem
Curru prouehit aureo
Ut quas duxerit hesperus
Phebe noctibus imperet
Ut fluctus auidum mare
Certo fine coherceat.
Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos
Hanc rerum seriem ligat
Terras ac pelagus regens

et inferiora ad subiectōem superioꝝ. Amicicia em̄ sublata omnis in vita tollit iocunditas. ¶ Nota ꝙ elementa appellat semina. qꝛ ex ip̄is tāq̄ seminib⁹ elementata producunt. licut em̄ semē est principiū fructus sic elementa sunt principia corpoꝝ mixtoꝝ. ⁊ dic̄ elemēta pugnātia ꝓpter ip̄oꝝ ꝯrietatē. nā aliq̄ sunt calida. aliq̄ frigida q̄dā hūida q̄dā sicca Hec elemēta diuino amore ordinate tenēt ꝓpriū fedus. qꝛ grauitas īferioꝝ nō aufert leuitatē supi orū nec econuerso. ⁊ sil' totalr se nō corrūpūt ¶ Hic si frenam remiserit. Hic ostendit ꝙ amore dino subtracto oīa corrumpūt dicēs Si hic amor dinus refrena. i. legē gubernādi res quicquid nūc amat inuicem id est ꝯcordat illd ꝯtinuo gerit bellū ⁊ ip̄a elementa certant. i. litigant soluere. i. destruer̄ machinā. s. mūdanuz quā nūc socia fide id est ꝯcordi federe incitant. pulchris motib⁹. i. faciūt ordinate mouere. ¶ Nota ꝙ sublato amore ⁊ concordia omnia dissoluuntur. Vn̄ alanus in, añ claudiano de planctu nature et scientia loquēs in ꝑsona amoris et concordie dicit. Si mea iura meas leges mea federa mūdus. Olim seruasset vel adhuc seruaret amoris Vincula nō tātis demeret sub claudib⁹ orbis Hic sanctos ꝓplos quoq̄. Hic ostendit ꝑhia quō ꝑ amorē conseruat ⁊ ꝯciliat amicicia humana dicens. hic amor ꝯtinet. i. ꝯseruat sanctos. i. virtuosos et populos iunctos federe. s. amicicie. ⁊ hic amor nectit sacꝝ id est sacramentū ꝯiugij castis amorib⁹ viri et vxoris. et hic amor dictat iura sua. i. imponit legē amicicie fidis sodalib⁹. et qꝛ ista proueniunt ab amore diuino tanq̄ a suo principio. ideo subiungit. O felix genus hominū sup. dico si amor. s. diuinus quo celū regit regat animos

Et celo imperitans amor
Hic si frena remiserit
Quicquid nunc amat inuicem
Bellum continuo gerit
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant
Certant soluere machinam
Hic sanctos populos quoq̄
Iunctos federe continet
Hic et coniugij sacrum
Castis nectit amoribus
Hic fidis etiam sua
Dictat iura sodalibus
O felix hominum genus
Si vos animos amor
Quo celum regitur regat

vestros supple causãdo in eis ꝯcordiã amicicie. ¶ Nota q̃ amor dictat iura fidis sodalib⁹ iura aũt amicoꝝ et sodaliũ innuit Señ. iij. epistola dicẽs. Diu cogita an aliq̃s in amicũ sit tibi recipiẽdus. sꝫ cũ placuerit fieri toto illũ pectore admitte tã audacter cũ illo loquere q̃ tecũ. Tu q̃ dẽ ita viue vt nihil tibi ꝯmittas nisi q̃ etiã tuo amico ꝯmittere possis. Cũ amico tuo oẽs curas. oẽs cogitatões misce si fidelẽ putaueris. Sũt eĩ q̃dam qui q̃ amicis sunt tm̃ ꝯmittẽda oĩbus narrãt. quidã charissimoruꝫ consciam reformidant nulli credituri neutrũ faciendũ est vtrũq̃ eĩm vicium est et oĩbus credere et nulli.

¶ Nota circa p̃dicta q̃ amicicia proprie dicta tantũ inueniť in reb⁹ rationalib⁹. ꝛ vt sic amicicia est par voluntas bonoꝝ inter aliquos. sꝫ large accipiẽdo amiciciã. sic ẽt ẽ i irrõnalib⁹. ꝛ vt sic amicicia ẽ ꝯcordia diuersarum rerum ad inuicem. Explicit liber secundus Incipit liber tercius

Incipit liber terti⁹. Prosa p̃ma.

Iam cantũ illa finierat cuꝫ me audiẽdi auidũ stupentẽq̃ arrectis ad hec auribus carminis mulcedo defixerat. Itaq̃ paulopost. O inq̃ sũmuꝫ lassorũq̃ solamẽ aĩoꝝ. quãtũ me vel sentẽtiarũ pondere. vel canendi etiã iocunditate refouisti. Adeo vt iã me post hac imparem fortune ictibus nõ arbitrer Itaq̃ remedia que pauloante acriora esse dicebas. Non modo non perhorresco: sed audiendi auidus vehementer efflagito.

Iam cantũ illa finierat. Iste est tercius liber Prosa prima. boetij de ꝯsolatione philosophie. Et ꝯtinuať ad libros p̃cedẽtes in hunc modũ. Postq̃ ph̃ia in primo libro scrutata est causas doloris boetij. ꝛ in scdo libro adhibuit sibi remedia facilia. In p̃senti libro. ꝛ in sequentib⁹ ph̃ia adhibet Boetio remedia grauiora. sũt aũt remedia grauiora rationes ꝯtra ꝯmunẽ opinionẽ hoim probãtes q̃ in bonis exterioribꝫ nõ ꝯsistit vera felicitas ostendendo in quo sit felicitas vera. ꝛ quõ ad ip̃am ꝑueniať. Et diuidiť iste liber in vigintiquatuor ꝑtes. q̃ huius libri sunt duodecim prose. ꝛ xij. metra. q̃ ꝑtes patebũt in processu libri. Quid aũt ꝛ de quo determineť in qualibet istaꝝ ꝑtiũ silr̃ patebit. Prima prosa huius tercij diuidiť in tres ꝑtes. p̃io ostẽdit boetius quõ post p̃dicta allocut⁹ fuerit ph̃iam. secundo põit respõsionẽ ph̃ie. tercio boetius dirigit quandã petitõem ad ip̃am. secunda

ibi. Tum illa. tercia ibi. Tū ego. Dicit primo. Jam illa phia finierat cantū. i. metrū. qd erat de ꝯmendatōe amoris diuini ⁊ amicicie. ⁊ cuꝫ ego Boetius essem allectus dulcedine metri ad audiendū cū auiditate et admiratōe verba phie auribꝫ arrectis ego dixi. O phia q̄ es summū solamē animoꝝ lassoꝝ quantū me reconciliasti tuis prosis et metris in tantū q̄ tā bñ possum resistere insultibus fortune. ⁊ iō dicit remedia que prius dixisti eē grauia nō timeo sꝫ ea audire diligēter expecto. ¶ Nota q̄ boetius metrū vocat cantū. sicut em̄ in cantu est eleuatio et depressio vocis. sic similiter ī metro rōne q̄ntitatis correpte et ꝓducte sillabaꝝ attendit quedā eleuatio et depressio. qꝛ rōne q̄ntitatis ꝓducte fit eleuatio. rōne q̄ntitatꝭ correpte fit depressio. ¶ Item qꝛ metrū est subtilius et delectabiliꝰ prosa: iō animū demulcet. Vñ autor poetrie metrū ꝯparat domicelle dicēs. Vultq̄ venire metrū tāq̄ domicella compto crine. Nitente gena. subtili corpe. egregia forma. Jō dicit boetius mulcedo carminis. i. metri. ¶ Item hō debet esse auidus ⁊ stupens circa phiam. Auidus inq̄. qꝛ dicit Señ. xvij. epla. Proijce oīa ista si sapis imo vt sapias. ⁊ ad philosophiā magno cursu totisq̄ viribꝫ tende. Etiā hō debet esse stupens i. admirās de phia. qꝛ ipa est res mirabilis ⁊ dīna scdm Aristo. in pn̄cipio libri sui de mūdo. ⁊ phia ꝯfert mirabiles delectatōes. x. ethicorū Jtē ai lassi sunt g̃ui cura vel aduersitate aliq̄ oppssi. hoꝝ phia est summū solamē. qꝛ ipa ꝑsuadet magnanimitatē q̄ ꝯtra aduersitates fortūe hō ꝯstanter debet militare. Jtē ꝑ phiam hō p̄t resistere ictibꝫ fortūe. qꝛ p̄mo ethi. dic̄ Aristo. Sapiēs bñ scit ferre fortunas ⁊ habet se in vitupio sic̄ tetraganū. vñ dic̄ in lr̄a. Jā illa sup. phia finierat cantū. i. metrū de amore dīno. ⁊ cū mulcedo. i. suauitas carminis defixerat. i. stabilierat me auidū. i. cupidū audiēdi q̄ ꝓ ⁊ stupentē. i. admirantē sup. ꝟba phie auribꝫ meis erectis. i. eleuatis ad hec. s. ꝟba. itaq̄ paulo post ego inq̄. i. dixi O sūmū solamē lassoꝝ aīoꝝ sup. ꝑ aduersitatē q̄tū me refouisti pōdere sniaꝝ sup. ꝓse. vl̄ etiā iocūditatē canēdi. i. metri. adeo id ē intm̄ vt iā pꝰ hac nō arbitrer me eē īparē. i. dissilēz in resistēdo ictibus. i. īsultibꝫ fortūe. Jtaq̄ remedia illa q̄ pauloañ dicebas eē acriora i. g̃uia. i. ñ mō. i. ñ tm̄ nō ꝑhorresco. i. ñ tieo. sꝫ ego auidꝰ audiēdi sup. ea vehem̄t efflagito. i. expostulo. Vbi sciēdū q̄ p̄m hugui. efflagitare ē valdē flagitare expostular̄ petere. cū clamore poscere. Tū illa h̄ pōit respōsiōez phie. di. ego bñ sēsi illd cū tu tacitꝰ. i. attētꝰ recepisti ꝟba nr̄a ⁊ cū ego ꝑfeci mētē tuā. talia ei sr̄ r̄media q̄ adhuc restāt vt ipa degustata

P. Tū illa. Sensi inq̄t cū ꝟba tacitus nr̄a attētusq̄ rapiebas cūq̄ tue mētis habituꝫ vel expectaui vel qd est veriꝰ ipsa ꝑfeci. Talia sunt q̄ppe q̄ restant vt degustata quidez mor/

primo sint amara sed postea dulcescāt. Sed qr tu dicis te esse cupiduz audiendi verba nostra. o quāto desiderio arderes si cognosceres quo laboramus te ducere. et dicit boeti⁹. Quo vis me ducere. Rn̄dit ph̄ia ad cognitōem vere felicitatis quā animus tuus quasi somniando adhuc vix cognoscit. qr est occupatus imagib⁹ false felicitatis. ¶ Nota q̄ boetius tacit⁹ verba ph̄ie rapiebat consilio senece dicentis. Esto verboꝝ tacitus auditor. auditoꝝ prōptus repetitor.

deāt, interi⁹ aūt recepta dulcescant. Sz q̄ tu te audiēdi cupidum dicis: quāto ardore flagrares. si quo nā te ducere aggrediamur agnosceres: B. Qm̄ inq̄z. P. ad verā inquā felicitatē quā tu⁹ quoq̄z somniat anim⁹: sed occupato ad ymagines visu. ipsam illam nō potes intueri. B. Tū

¶ Nota q̄ p̄cepta ph̄icalia prīo sunt amara. postea dulcescūt. s̄m illd̄ poete. Discere fit charū q̄uis primo sit amarū. ⁊ Custrachius primo ethicoꝝ dicit. Sciūt docti qm̄ laboriosa est possessio virtutū sed ꝓpter eius amaritudinē ph̄ia nō est abijcienda. qr nō est dign⁹ dulcoris acumine. qui amaritudinis nequit inuiscari grauamīe s̄m boetiū in de disciplina scolariū. Nota sicut somniās putat fantasmata sibi occurrentia esse veras res de q̄bus somniat. ⁊ tn̄ nō sunt ip̄e res sic boetius in istis tp̄alib⁹ putauit esse verā felicitatē q̄ tn̄ nō est. sed tm̄ sunt quedā silitudines vere felicitatis. sic fantasmata somnioꝝ sunt similitudines reꝝ. Nota q̄ bona exteriora vocat imagines vere felicitas. sicut em̄ imago est rei imitago et nō est ip̄a res. sic bona exteriora vident̄ exprimere formā vere felicitatis. sed vera felicitas nō est i ip̄is vn̄ dic̄ in lr̄a. Tū ꝑ tūc illa sup. ph̄ia inquit ego sensi. i. noui sup. intentōem tuā: cū tu tacitus q̄z ꝑ et attētus rapiebas ꝟba nr̄a q̄z pro ⁊. cum ego expectaui. alia lr̄a hz expetiui. i. reuocaui. habitū tue mentis. Vel qd̄ ē ꝟius dicere cū ego ip̄a habitū tue mēt⁹ ꝑfeci q̄ppe miꝝ talia sūt. s. remedia que restāt sup. sumēda. vt ip̄a quidē degustata prīo mordeāt id est displiceant interius aūt recepta dulcescāt. sed q̄ tu dicis te esse cupidū audiēdi sup. illa remedia. O q̄nto ardore. i. desiderio flagrares. i. arderes si cognosceres. q̄ nā. i. ad quē locū aggrediamur. i. incipim⁹ te ducere. Ego boetius inq̄z. i. dixi q̄ nā sup: vis me ducere. inq̄t sup. philosophia ad verā felicitatē quā tu⁹ anim⁹ somniat. i. imꝑfecte cognoscit. sz visu. i. ꝯgnitōe occupato ad imagies. i. ad bona tp̄alia que sunt imagies ⁊ silitudo vere felicitatis. tu nō potes itueri. i. ispicere ip̄am. s. ꝟam felicitatē. ¶ Tū ego fac. Hic boe. dirigit petitōez ph̄ie. ⁊ ponit cōsensū sue petitōis dicēs. O ph̄ia rogo vt sn̄ dilatatōe demōstres mihi

Metrum primum

q̄ sit ꝑa felicitas. ⁊ phia ꝓsentiēs dic̄. libēter faciā tui cā sz pri⁹ ego oñ/
dā tibi falsā felicitatē tibi notiozē vt illa cognita ꝑ ꝫrūz possis postea
agnoscere verā felicitatē. Nota circa ꝟ q dic̄ faciā tui cā libenter. q
phia petitōes boīm admittit. vñ Señ. Nulli ꝑclusa est virt⁹ sapiētie:
oib⁹ patet oēs inuitat oēs admittit. nō eligit donū nec̄ censū. sed nudo
hoīe ꝓtēta est. Nota innata est nobis via ꝓcedēdi ex no
bis magis not⁹ ad min⁹ nota. primo
phisicoz et secūdo
de aīa. Cū igit bo
na exteriora sit no⁹
bis magis nota in
quib⁹ aliq̄ ꝓsuert
ꝓsistere felicitatez
q̄ bona īteriora iō
phia ꝓio vult de/
terminare de falsa
felicitate nob⁹ ma/
gis nota q̄ ponit
bonis exteriozib⁹
ipam extirpando.
vt ꝑā agnoscam⁹
verā felicitatē tan
q̄ ꝑ ꝫrūm. Nota

ego fac obsecroꝛ ⁊ q̄ illa vera sit sine
cūctatōne demōstra. ꝑ. Faciā inq̄t
illa tui causa libēter. Sz q̄ tibi causa
notioꝛ est eā pri⁹ designare verbis ⁊
atq̄ informare conaboꝛ vt ea ꝑspe/
cta. cū in contrariā ptez flexeris ocu
los. vere ꝑspecimen beatitudinis po
scis agnoscere.

Metrū primū libri tertij

Vi serere ingeniū volet agrum
Liberat arua pri⁹ fructibus
Falce rubos filicemq̄ resecat
Vt noua fruge grauis ceres eat

q Señ. in de ꝑtutib⁹ cardinalib⁹ dic̄. Scire debes q q̄dam nō videnť
esse bona ⁊ sunt. q̄dā videnť bona ⁊ nō sunt. q̄cunq̄ aūt ex reb⁹ transi/
toꝛijs possides nō hec magna estimes nō mireris q caducū est Ex quo
patet q ꝑa felicitas nō ꝓ istit in bonis exteriozib⁹ q̄ videnť esse vera bo
na ⁊ tñ nō sunt. Cū dicit in lra. Tū ꝓ tūc ego supple boe. dixi o phia
obsecro. i. peto. fac. i. duc me ad illā felicitatē. ⁊ demōstra mihi sñ cun
ctatōe. i. sine mora q̄ sit illa ꝑa supple felicitas. Illa phia. inq̄t faciā li/
benter tui causa. sed ego pri⁹ conaboꝛ. i. laboꝛo tibi designare verb⁹ at/
q̄ ꝑ ⁊ informare q̄ cā. i. q̄ felicitas bñs rationē cause finalis sit tibi no
tioꝛ. i. manifestioꝛ vt ea sup. falsa felicitate. ꝑspecta. i. cognita possis a/
gnoscere specimē. i. similitudinē vere beatitudinis. cum flexeris oc̄los
sup. cognitionis in ꝫriā ptē falsē felicitatis Metrū ꝑmū tertij libri.

Vi serere ingeniū. Istud est primū metrū huius tertij qō oꝛ me
trū choriāb ab inuētoꝛe Boacilieū a pede p̄dñante. ⁊ primus ver
sus huius metri est hypercatilecticus. q̄ post primū pedē abū
dat vna sillaba. s. re. In hac dictione serer. et q̄ philisophia ꝓdixit q

prius essz ostendendū q̄ sit falsa felicitas. z postea que sit ꝥa. ī pbia m
ꝑ metro ꝓmēdat hūc ordinē ꝙ q̄tuor exēpla. Primū est q̄cūq; vult se
minare bonū agrū. oportet ꝑus extirpare nociuas herbas vrager bene
fructificet. Sic̄ alios volēs ꝯgnoscere ꝥam felicitatē oportet ꝑus ex
tirpare falsā. vñ dic̄ in lr̄a Qui volet serere agrū ingenuū. i. nobilē ꝑus
liberat arua id est agros fructib; id ē radicib; q̄ impedi
unt ne semen ere
scat z ille resecat. i.
ꝑscidit rubos. i. ꝑ
uas arbores q̄ ꝑ
filicē. i. herbā inuti
lem. falce. i. falca
stro. vt noua cres
cat. i. ꝑficiat. ḡnis
i. onusta fruge. se
cundū exēplū est si
cut ꝑgustando ali
q̄ amarū mel ap
paret dulci. sic ꝑ
pter cognitiōez fal
se felicitatis magis cognoscit vera felicitas. vñ dic̄ in lr̄a. Labor apiū
est mage dulcior. id ē mel est magis dulce. si malus sapor ꝑus edat. i.
inficiat ora. Tercīū exēplū est. Sic̄ post tps nebulosum ḡtior est sereni
tas. sic post cognitōem false felicitatis ḡtior ē cognitio vere felicitatis.
Vñ dicit in lr̄a. Vbi ꝙ post q̄ nothus. i. ventus australis. desinit. id ē
cessat dare imbriferos sonos. i. flatus ꝓducentes imbres. tūc astra ni
tent ḡtius. i. delectabili⁹. Quartū exēplū est. Sic̄ pulcra dies sequit te
nebras noctis. sic cognitio vere felicitatis sequit cognitōem false felici
tatis. vñ dic̄ in lr̄a Ut. i. post q̄ lucifer. i. stella matutina. pepulerit. id ē
fugauerit tenebras noctis. tūc pulchra dies agit. i. ducit roseos equos
solis. Tūc applicat exēpla ad ꝓpositū dicens. Tu ꝑus debes ꝯsidera
re falsa bona et extirpatis ipis debes cognoscere ꝥa bona in q̄bus con
sistit felicitas. vñ dic̄ in lr̄a. Tu quoq; ꝑus tuens. i. respicies falsa bo
na incipe retrahere colla iugo. i. iugo false felicitatis. debic. i postea ve
ra bona subierint. i. subintrabūt animū tuū. ¶ Nota q̄ sicut ꝑus extir
panda sunt vicia. z postea inserende ꝥrutes. sic ager ꝑus est purgand⁹
z postea seminādus. vñ thobias. Spinis z tribulis purgari noualia
debēt agri z semē fructificari queat. Nota q̄ frutex ꝓm Hugui. est den
sitas virgulaꝝ vel arboꝝ vel spinaꝝ. Vel ꝓm alios frutex ē arbor pua
q̄ terrā fronde regit. Nota q̄ filix est inutil herba cuꝰ folia ad modū
filoꝝ. de q̄ dic̄ plius. Nō tñ ista filix vllo mālsuescit in agro. Nota q̄

Dulcior est apium mage labor
Si malus ora prius sapor edat
Gratius astra nitent vbi nothus
Desinit imbriferos dare sonos
Lucifer vt tenebras pepulerit
Pulcra dies roseos agit equos
Tu quoq; falsa tuens bona prius
Incipe colla iugo retrahere
Vera debinc animū subierint

Prosa secūda tertij libri.

post amaritudinem dulcedo est gratior et sensibilior. vnde poe. Dulcia non meminit quod nunquam gustauit amara. Nam per oppositum nascitur omne bonum. hec paup henricus. ¶ Nota quod boetius hic dicit apium pro apum in gratio plurali quod est contra Alexan. quod dicit. Vm dat apis etc. Et quod hic dicatur apium et non apum patet per metrum quod sic constat ex tribus dactilis continuis. si autem poneretur apum non essent tres dactili continui. posset tamen dici quod cum metri ponitur apium pro apum.

Prosa secunda tertij libri.

Vm defixo paululum visu: et velut in angustam ve mentis sedem recepta: ic cepit. P. Omnis mortalium cura quam multiplicium studiorum labor exercet: diuerso quidem calle procedit. sed ad vnum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Id autem est bonum: quo quis adepto nihil vlterius desiderare queat Quod quidem est omnium summum bonorum cunctaque intra se continens bona. Cui si quid abforet summum bonum esse non posset: quoniam relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem statum bonorum omnium congregatione perfectum.

Vm defixo paululum vi. Hec est prosa secunda tercij in qua philosophia ponit deuersas opiniones circa falsam felicitatem. et primo boeti. ostendit quomodo se philosophia habuit post predicta. secundo philosophia ostendit quod omnes homines nituntur peruenire ad beatitudinem quam ipsa diffinit. tercio ostendit quod homines sepe abducuntur a vera felicitate diuersis erroribus. quarto ponit errores siue opiniones circa felicitatem secunda ibi. Omnis mortalium. tercia ibi. hunc vti. quarta ibi. Quorum quidem. dicit primo Postquam philosophia premisit ordinem procedendi de falsa felicitate ad veram. tum pro tunc. ipsa paululum defixo visu. i. inclinatis oculis. et recepta velut in angustam. i. nobilem sedem mentis sue. sic cepit. i. incepit loqui. Nota quod capitis inclinatio est signum subtilis imaginationis propter quod subtiliter et profunde imaginantes caput inclinant. et quamquam non vident delata coram oculis. ideo philosophia volens subtiliter speculari de felicitate eius speculatio difficilis est ipsa inclinato visu contrahit se in nobilem speculationem sue mentis. Omnis in morta. Hic philosophia ostendit quod omnes homines nituntur peruenire ad vnum finem beatitudinis. quam beatitudinem ipsa etiam diffinit et dicit sic. Omnis cura. i. sollicitudo mortalium. i. hominum quam curam exercet labor multiplicium studiorum. quia aliquid studet in literatura. aliquid in mercantia. et sic de alijs. illa cura procedit diuerso calle. i. diuerso modo viuendi. sed tamen nititur peruenire ad vnum finem beatitudinis. Illud autem ad quod homines nituntur peruenire est tale bonum. quo quis adepto nihil vlterius queat desiderare. quod. s. bonum est summum omnium bonorum continens intra se cuncta bona. cui. s. bono si quid. i. aliquid abforet. i. deesset non posset esse summum bonum. quia relinqueretur aliquid

extrinsecus. i. extra aliud bonū qđ posset optari. Ex quibus dictis phia ꝯcludit diffinitōem btitudinis dicens. Liquet. i. manifestū est beatitudinē esse statū ꝑfectū ꝯgregatōe omniū bonoꝝ. ¶ Nota ꝯgnitio vltimi finis magnū incrementū confert ad vitā. primo ethicoꝝ. qꝛ ꝑm exigentiā finis cetera moderant ꝑm limcontensem prio posterioꝝ. iō phia tradit nobis ꝯgnitōem vltimi finis: scꝫ beatitudinis. ¶ Nota finis ē magis eligendus his que sunt ꝓpter finē vt patet ꝑ Aristotelem tercio topicorum. ¶ Item ibidem. Cuius finis est bonus ipsum quoqꝫ bonum. Item omnia denoianda sunt a fine. Si finis bonus est totū laudabile phas est. ¶ Nota finis in agibilibꝫ habet se sic principiū in speculabilibꝫ. Sicut ḡ intellectus noster naturaliter adheret primis principijs. sic appetitus noster naturaliter adheret vltimo fini q̄ est summū bonū. ¶ Nota q̄ duplex est finis. s. finis quo. et finis gratia cuiꝰ oīa fiūt. Ille em̄ est vnus sicut deus vel beatitudo. ⁊ iste finis appetit ab omnibꝫ sub vna ratōne inquantū est bonū satians appetitū hominis. Finis aūt q̄ est operatō q̄ hoīes nitunt adipisci finē gratia cuius. ⁊ talis finis nō est vnus sicut n̄ est vna operatio omniū. Iō dicit philosophia q̄ cura hoīm procedit diuerso calle ad ꝯsequendū vltimū finē. Nota illud ad qđ oēs hoīes nitunt ꝑuenire est bonū. qꝛ bonū est qđ oīa appetunt primo ethicorum. ¶ Nota q̄ beatitudo habet ratōem vltimi finis. ipa est tale bonū quo adepto nihil vlterius desiderat. nā de ratōne finis est esse vltimū. ⁊ vltra illud qđ est vltimū nihil est. ḡ etiā oportet illud esse summū bonuꝫ qꝛ illud quo adepto nihil vlterius desiderat est summū bonū tale autē est beatitudo. ¶ Nota q̄ beatitudo est bonū optimū pulcherrimum ⁊ delectabilissimū. iō beatitudo est status ꝑfectus cōgregatōne omnium bonoꝝ continēs in se omnia bona. si em̄ aliqđ bonū sibi deficeret. nō esset summū bonū. Hunc vti diximus. In ista ꝑte oñdit phia q̄ homines a vera felicitate diuersis erroribꝫ abducunt dicēs. Hunc. s. statū beatitudinis oēs mortales sicut diximus conāt adipisci diuerso tramite. i. diuersa via. qꝛ cupiditas id est appetitus veri boni naturaliter est inserta mentibꝫ hoīm. sed beatitudo est verū bonū qꝛ summū. sꝫ deuiꝰ error abducē hoīes ad falsa bona. Nota qꝛ btitudo aggregat i se oīa bona iō eiꝰ cupiditas naturlr ē hoībꝫ iserta. vbi tn̄ sciēdū q̄ btitudinē ꝯtinere oīa bona ꝑt intelligi duplr. Vno mō formalr sic nō cōtinet omnia bona. qꝛ felicitas formaliter et essentialr potest esse sine bonis exterioribus vt sine diuitijs et ceteris bonis. Alio modo sic intelligit

Hunc vti diximus diuerso tramite mortales om̄s conant adipisci. Est em̄ mentibꝰ hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas: sed ad falsa deuius error abducit.

continere ea virtualiter, ita q̄ beatitudo excellat oīa bona. ⁊ sic est v̄a.
¶ Nota q̄ ph̄ia hic vtit̄ quadā figura q̄ d̄r epiteto in dicendo deui⁹ er
ror. nullus em̄ error ē q̄ nō sit deuius. Vn̄ poeta. Fiet epitheto nisi di
cas tristia bella. ¶ Nota q̄ cū mens humana naturaliter desideret ve
rū bonū nūq̄ tendit in falsum bonū nisi ī q̄ntum ip̄m estimat̄ esse verū
bonū. talis aūt esti
matio est deuius er
ror. g̊ deuius error
ad falsa adducit.

Quorū q̄dē aly sūmū bonū eē nihi
lo indigere credētes vt diuitijs afflu
āt elaborāt Alij vero bonū q̄d sit di
gnissimū veneratōe iudicantes adep
tis honorib⁹ reuerēdi ciuib⁹ suis eē
nitūtur Sūt q̄ sūmū bonū ī sūma po
tētia eē cōstituāt. hi vl̄ regnare ip̄i vo
lunt. vl̄ regnātib⁹ adherere cognan
tur At q̄bus optimū q̄dē claritas vi
det. hi vl̄ belli vl̄ pacis artib⁹ gl̄osuz
nomē ꝓpagare festināt. Pl̄imi vero
bōi fructū gaudio leticiaq̄ metiunt̄
hi felicissimū putāt voluptate d̄fluer̄

¶ Quoꝝ quidem h̄
ph̄ia ponit diuersas
opiniones circa feli
citatē ostendēs quō
homines ꝑ errorem
ad falsa bona duce
bant̄. scd̄o oñ. it q̄ ī
talib⁹ bonis posue
rūt beatitudinē. ter
cio oñdit q̄ natura
liter eoꝝ intentio tē
debat ad verā beati
tudinē. scd̄a ibi. qui
bus oīb⁹. tercia ibi.
Sed ad hominum
studia Primo ostē
dit quō hoies erra
bant circa falsa bona statuendo in eis finē. scd̄o ostendit quō q̄dam fi
nes adinuicē ꝑmutabant. tercio alia bona fortuita reducit ad p̄dicta
scd̄a ibi. Sunt etiā. tercia ibi. In his igit̄. Primo dicit. Quoꝝ sup. ho
minū q̄ ducunt̄ ad falsa bona. alij credentes summū bonū esse nihilo ī
digere. ip̄i elaborant vt affluant. i. abundēt diuitijs ponendo oēm suf
ficientiā esse in diuitijs et in hoc errabāt. Alij vero summū bonū iudi
cantes q̄d dignissimū sit veneratōe. i. honore tales adeptis honoribus
nitunt̄ esse reuerēdi suis ciuib⁹ putātes in honorib⁹ tp̄alib⁹ verā digni
tatē cōsistere. in h̄ errabāt. Sūt alij q̄ summū bonū cōstituant in sūma
potētia. hi vel ip̄i volūt regnare vel conant̄ adherere regnantib⁹ tanq̄
ꝯsiliarij vel familiares eoꝝ. ꝑ h̄ putātes se esse vere potētes in h̄ decipiū
tur. sz q̄bus claritas. i. fama videt̄ esse optimū bonū. illi festināt ꝓpa
gare. i. dilatare gloriosum nomē. i. pulchrā famā artib⁹. i. studijs belli
sic̄ viri militares. vel artib⁹ pacis. sic̄ sapiētes mōi credētes se ꝑ h̄ acq̄
rere gl̄iam imortalē ⁊ decipiūt̄ ꝑ h̄. Plurimi v̄o. i. mlti metiūt̄. i. mēs u
rāt fructū boni. gaudio. i. leticia exteriori. hi putāt. i. estimāt felicissimū

diffluere. i. abūdare. voluptate. i. delectatōe corpali estimātēs in h̄ ve
rū cōsistere gaudiū qđ ē erroneū. ¶ Nota q̄ quicq̄ sunt in q̄b̄ errātes a
ꝟo bono posuerūt cōsistere verā felicitatē. s. diuitie. honores. potestates
gl̄iam voluptates quoꝝ sufficientia sic accipit̄. Cū finis habeat rōnem
boni ſm diuersitatē boni diuersificat̄ finis. Est aūt triplex bonū. vtile
delectabile. ⁊ bo/
nū honestū ⁊ illi q̄
intendebant bo/
no vtili posuerūt
felicitatē i diuitijs
sed qui intēdebāt
bono delectabili
ponebāt volupta
tes et in illis posu
erunt finem ⁊ feli/
citatē. Qui aūt in
tendebāt bono ho
nesto illi diuersifi/
cabant̄. qꝛ bonum
honestū est bonum
ſm rōnem. Ratio

Sūt etiā q̄ hoꝝ fines causasq̄ alter/
utro permutāt. vt q̄ diuitias ob po/
tentiā voluptatesq̄ desiderāt vel q̄
potentiā. seu pecunie cā. seu proferē
di nois petunt. In his igit̄ ceterisq̄
talibus humanoꝝ actuū votorūq̄
versatur intētio. veluti nobilitas fa
uorq̄ popularis. que videntur quā
dam claritudinem cōparare. Uxor
ac liberi q̄ iocunditatis gr̄a petūtur

aūt est duplex. s. speculatiua ⁊ practica. de bono honesto qđ cōsistit in
speculatione nō loquebant̄ isti. qꝛ tale bonū est latēs ipi aūt posuerunt
felicitatē in bono honesto qđ est bonū rōnis practice. tale ergo bonum
vel ꝯsistit in opinione hoim. ⁊ sic est gl̄ia. vel ꝯsistit in exercitio actus re
alis et hoc est dupl̄r. vel em̄ existit in exercitio ꝓprij actus circa alios et
sic est ptās. vel ꝯsistit in exercitio actus alioꝝ circa se. ⁊ sic est honor.
¶ Sūt etiā qui hoꝝ fines. In ista ꝑte oñdit quō quidā istoꝝ fines iaꝫ
dictos ꝑmutabāt. ⁊ dicit. Sūt etiā aliq̄ qui fines. q̄ꝫ ꝑ et cās finales ꝑ
mutant alterutro. i. ad inuicē desiderātes vnū ꝓpter alteꝝ. nā quidaꝫ
desiderant diuitias ⁊ voluptates. ob. i. propter potentiā ⁊ sunt alij qui
potentiā petūt. i. desiderāt. cā pecunie. i. ꝓpter diuitias vel causa ꝓferē/
di nois. i. cā dilatatōis fame. ¶ Nota ſm Aristote. iij. Ethicoꝝ. Qua
lis vnus quisq̄ est talis finis videt̄ ei. ſm g̊ diuersā dispositōem hoim
diuersi fines eligunt̄. Illud aūt eligit̄ ꝓpter aliquē finē ꝑ qđ aliq̄s vide
tur posse ꝯseq̄ illū finē. cū igit̄ ponētes finē esse diuitias magis putabāt
se diuitias ꝯseq̄ ꝑ potentiā. ipi appetebāt potētiā ꝓpter diuitias ⁊ ecō
uerso quib̄ videbant̄ se posse ꝯseq̄ potentiā ꝑ diuitias. ipi appetebant
diuitias ꝓpter potentiā. ⁊ sic posuerūt ꝑmutatōem finiū istoꝝ ad inui/
cem. ¶ In his igit̄ ⁊c. Hic ꝑhia reducit oia bona fortune in q̄bus po/
nūt hoies felicitatē ad p̄dicta quinq̄ ⁊ dic̄. In his igit̄ q̄nq̄ bonis q̄ꝫ ꝑ
et. et ceteris talib̄. s. reducibilib̄ ad p̄dicta versat̄ intētio actuū huma

¶ Notādū q̄ tp̄s duratio ē successiua. cū sit nūer⁹ mot⁹ s̄m pri⁹ ⁊ posteri⁹ ex. iiij phisicoꝝ. q̄ duratio ꝓcedit ab euo. Ubi notandū q̄ euū ē duratio ꝑmanēs tota simul. nullā hn̄s successionē vel mutabilitatē annexā. ⁊ ē idē qd̄ eternitas q̄ est ꝓpria duratio dei s̄m quā de⁹ ē cā tp̄is. sicut em̄ de⁹ ꝑ suū esse ē cā cuiuslibet esse. ⁊ ꝑ suā bonitatē ē cā cuiuslibet boni. ita ꝑ suā duratōez ē cā cuiuslibet duratōis. ¶ Notādū q̄ de⁹ ē stabilis. i. imutabil̄ qꝛ nulla specie mot⁹ mouet̄. nō generatōe ⁊ corruptōe cū sit īgenerabilis incorruptibil̄ nec augmētatōe ⁊ diminutōe cū nō sit q̄nt⁹. nō alteratiōe nec loci mutatōe. cū sit imꝑtibil̄. Et ꝓbat Arist. viij. phisi. ex ordie mouētiū ⁊ mobiliū necesse ē deuenire ad aliqd̄ p̄mū oīno imobile ⁊ ꝑ se ⁊ ꝑ accidens. ¶ Notandū q̄ oīa a p̄mo sunt mutabilia. vel s̄m esse. vl̄ s̄m opationē. Si s̄m esse h̄ est dupl̄r. Vel s̄m esse sub̄ale sicut entia generabilia et corruptibilia. vel s̄m esse accidētale. sicut corpa celestia. q̄ lz nō mutētur generatōe ⁊ corruptōe. tn̄ mutāt̄ s̄m eē locale. Si aūt ē mutatio s̄m opationē. sic intelligētie sūt mutabiles. qꝛ in ips̄ ē successio intellectionū. licet g̃ nō mutent̄ q̄ ad esse. tn̄ q̄ ad opatōez. Aliter exponitur Stabilisq̄z manens das cūcta moueri. vl̄ oīb⁹ spēb⁹ motuū. vel aliq̄b⁹ spēb⁹ mot⁹ accipiēdo motū stricte vel large. Aliter exponit̄. Stabilisq̄z manēs das cuncta moueri. nō q̄ oīa moueant̄. sz q̄cq̄d mouet̄ te dāte mouet̄. ⁊ sil̄e gen⁹ locutionis hr̄ Joh. i. Illūinat oēm hoīem veniētē in hūc mdm. nō q̄ oēs sil̄ illūinent̄. sed oēs q̄ illuminant̄ a deo illuminant̄. ¶ Quē nō externe Hic ph̄ia ostendit deum esse beniuolū ex bonitate clemētie q̄ oīa ꝓduxit ⁊ dicit. quē. s. deū externe. i. extrinsece cause nō pepulerūt. i. nō coegerunt fingere. i. ꝯponere. op⁹. i. creaturā fluitātis materie q̄ fluit de esse ad ñ esse ⁊ ecōuerso de nō esse ad esse forme. Veꝝ ꝑ sed insita. i. intrinseca forma sūmi boni. i. sūme tue bonitatꝭ. s. sup pepulit te fingere op⁹ fluitātꝭ materie O pr̄ tu ducis. i. ꝓducis cūcta ab exēplo supno. i. ab exēplari ꝑpetuo. tu ipē pulcerrim⁹ ab oī deformitate elōgat⁹ gerēs mēte. i. mēoria. plenū mūdū seu pulcrū mdm. s. architicū formās. i. ꝓducēs ip̄m mūduz sensibilez

simili imagine sicut p̄fuit in mēte tua. ⁊ tu iubes mdm pfectū. i. pfecte p ductū. absoluere. i. absolutū tenere sine defectu alicui⁹. pfectas ptes. i. ele menta ⁊ elementata q̄ spectāt ad integritatē mdi ¶ Notandū q̄ oē qd ne cessitat a cā extrinseca necessitat ab efficiēte vl' a fine. qr nō sūt plēs cau se extrinsece. efficiēs aūt necessitat dupl'r. Vel violentiā inferēdo. vt pyci ens lapidē sursū. vel aliqd ɔferendo q̄ na turaliter moueat. sic generās formā dās leuitatis mouet ignē sursum de necessita te nature de⁹ aūt nō necessitat ab efficiēte primo mō scz necessitate vio lētie cū nihil sit potēti⁹ eo. nec necessitate scdo mō. cū nihil ab alio recipi at nec etiā necessitat necessitate finis. qr qd necessitatur ab alio tanq̄ a fi ne ɔpatur ad ipm sicut impfectū ad pfectū. eo q̄ finis est bonū et pfectō illi⁹ qd est ad finē. deus aūt a nullo extrinseco pficit. ¶ Notanduz q̄ sola bonitas diuīa coegit ipm ad pducēdū opus fluitātis materie. nō aūt co egit ipm necessitādo sed libere mouēdo. ¶ Notādū q̄ inuidia facit q̄ ali qs bonū alteri nō cōicat. qr inuidia ē tristicia de bono alteri⁹. ⁊ qr talis i uidia in deo nō est iō summā bonitutē p creatōez aliis cōicauit. Vñ dic Plato in thimeo Ab optimo inuidia lōge relegata ē. ⁊ p ɔñs sibi dissi milis put naturalr cuiusq̄ capax btitudis eē poterat. efficiq̄ voluerit ¶ Notandū sicut in agētib⁹ p naturā forma rei fiende p̄existit fm eē rea le sic in agētibus fm intellectū forma rei pducēde p̄existit fm esse intelle ctuale. sicut artifex volēs pducere domū. oportē formā dom⁹ prio in mēte p̄existere tanq̄ exēplar ad cui⁹ imitatōez faciat domū in materia. cū igit deus sit agēs p intellectū pducēs mdm. ipe p̄habuit in mēte sua exēplar mūdi ⁊ o'm ptiū ei⁹. ad cui⁹ imitatōez pduxit mūdum. extra sup. q̄ mun dus in mēte diuina p̄existens dr architypus ab archos qd ē pnceps ⁊ ty pos silitudo. q̄si principalis silitudo. cui⁹ imago dr iste mūdus sensibil'.

¶ Tu nūeris elemēta ligas. Hic phia ɔmēdat deū ex pte sapie q̄ ad spālem effectuū pductionē. Et prio ex pductione elemētoꝝ. Scdo ex p ductione aīe mundi. Tertio ex pductiōe nr̄aꝝ aīaꝝ. scda ibi Tu triplicꝫ. tertia ibi. Tu casus. ¶ Primo dicit. O pr̄ tu ligas elemēta nūeris. i. pro portionib⁹ nūerabilib⁹ vt elemēta frigida cōueniant. i. cōcordāt flāmis. i. calidis elemētis. ⁊ vt arida. i. sicca elemēta ɔueniāt liq̄dis. i. humidis ele mentis. nec ignis purior inter elemēta euolet. i. exeat sperā suā magꝫ ascē dendo. ⁊ ne pōdera. i. grauitates. deducant. i. magis deorsum ducāt. ter ras mersas. i. depssas. ¶ Notandū q̄ elemēta hñt ꝓportionē nūeralē inter se. sic em̄ duo nūeri q̄drati ɔueniūt in vno nūero medio ꝓportionali. Sic duo elemēta ɔ̄ria in duab⁹ q̄litatibus ɔueniūt in vno elemento medio p portionali vtriq̄ Verbi gr̄a. Nūer⁹ q̄drat⁹ ē q̄ cōstat ex ductu suijpsi⁹ in

Tu nūeris elemēta ligas vt frigo ra flāmis Arida ɔueniāt liquidis ne purior ignis Euolet. aut mer sas deducant pōdera terras

seipm. dicēdo bis duo ter tria. bis duo in q̄ternariū. ⁊ ter tria ī nouena/
riū. ⁊ accipe vnū numerū mediū ꝓportionabilē: s. senariū. q̄ ſm eandē ꝓ/
portionē excedit q̄tuor in q̄ excedit a nouē. sicut em̄ nouē ꝯtinēt sex. ita sex
ꝯtinent q̄ttuor ⁊ mediā ptē q̄ttuor. Sic silr ē ī elemētis. Nā ignis ⁊ aq̄ ī
duabꝫ q̄litatibꝫ ꝯriant. ignis em̄ ē calidꝰ ⁊ siccꝰ. aq̄ frigida ⁊ q̄ colligan
tur vno medio sup.

Tu triplicis mediam nature cūcta mouentē Cōnectēs aīam ꝑ conso/na mēbra resoluis Que cum secta duos motū glomerauit in orbes. In semet reditura meat mentēq; ꝓfundā Circuit. ⁊ simili ꝯuertit imagine mentem.

aere q̄ cōuenit cum igne in caliditate. et cū aq̄ ī hūiditate. si/milr est de aere ⁊ terra respectu aque. ſm hāc sniam lr̄a sic ex/ponit. Tu ligas ele/mēta nūeris. i. ꝓporti onibꝫ numeralibꝫ. vt frigora. i. aq̄ que fri/gide sunt cōueniant flāmis. i. ignibꝫ q̄ calidi sunt ꝑ vnū elemētū mediū qd̄ ē aer. ⁊ arida. i. ter/re q̄ aride sunt cōueniāt liq̄dis. i. ptibꝰ aeris q̄ hūide sūt ꝑ elemētū mediū qd̄ ē aq̄. ¶ Tu triplicis mediā nature cūcta mouentē. Hic phia ostē/dit sapiam ex aīe mdi ꝓductōe. vbi sciēdū q̄ ista lr̄a cōiter exponit ad in/tētiōez platonis ī thimeo. sz qz ista expositio ē difficillima ⁊ modice vtili tatis ego eā ptrāseo. ⁊ ponā facilē dispositionē q̄ ē de mente Aristotelis. Ad cuiꝰ euidētiā est notādū q̄ ꝑ aīam mdi hic intelligit intelligētia mo uēs orbē. q̄ ꝑ motū ꝟtutē suā īfluit inferioribus. ⁊ hec intelligētia dr̄ me dia inter deū ⁊ aīam hūanā. Sic em̄ ī dignitate ⁊ ꝑfectōe excedit a deo. sic ipsa excedit aīam nr̄am. ¶ Notādū q̄ intelligētia hmōi dr̄ eē triplicis nat̄e ꝓpt tres opatōes q̄s hz. s mouere orbē. intelligere deū. ⁊ itelligere se ipam. ¶ Notādū q̄ orbes celestes dicūt ꝯsona mēbra itelligētie. qz ꝑ ips/sos tāq̄ ꝑ organa ⁊ īstrumta itelligētia īfluit īferioribꝰ. Licz enī intelli/gētia prima intētōe moueat ꝓpt se. tn̄ scda itētōe mouet ꝓpt īferiora. His p̄missis lr̄a plana erit. vn̄ dr̄ sic. Tu deꝰ aīam sup. mūdi q̄ ē intelligētia. mediā sup. īter deū ⁊ aīaz hūanā triplicꝫ nature. i. triplicꝫ opatōnis. mo uētē cūcta s. īferiora ꝑ īfluxū illū. tu ꝯnectēs. resoluis. i. distiguis eā ꝑ cō sona mēbra. i ꝑ ꝯueniētes orbes q̄ aīa ꝯsecta. i. diuisa q̄tū ad opatōnes glomerauit. i. īmp̄ssit motū in duos orbes s. ī orbē primi mobil ⁊ ī orbez planetaꝝ. ipa reditura. i. reflexa. meat i. ꝓcedit ī semetipaz sup. itelligēdo q̄d ē vna opatō ⁊ ipa circuit mētē ꝓfūdā. i. mētē diuinā deū itelligēdo q̄ ē alia opatio. ⁊ ipa ꝯuertit i. mouet celū sili imagīe. i. itellectōe qd̄ ē tertia opatio eiꝰ Nota lz corpa celestia sint diuersa tn̄ rōe vnitatꝫ ordīs pn̄t di ci vnū corpꝰ. Silr itelligētie lz sint diuerse tn̄ pn̄t dici vna itelligentia ꝓpter vnitatē ordinis ī opatōe mouēdi. g̊ dicit in singlari aīaz ⁊ nō aīas

¶ Tu causis aīas. Hic phia ꝯmēdat sapiaz dī ex aīaꝝ nr̄aꝝ creatiōe. dī. O pr̄ tu ꝓuehis. i. ꝓducꝫ aīas hoīm ⁊ mīores vitas. i. aīas brutoꝝ ⁊ plātarū paribꝫ causꝫ q̄bꝫ aīaz mdī ꝓduxisti. s. tu aptās sublimes. i. anias rōnales hoīm leuibꝫ curribꝫ i celestibꝫ stell. tu seris eas in celū ⁊ terrā. i. in corpora t̄rena. q̄s aīas ꝯuersas reduci igne. i. caritate reducente. facꝫ reuerti ad te benigna lege. i. ordinatōe tua. ¶ Nota ꝙ anie bestiaꝝ et plātaꝝ dicunt̄ mīorꝫ vite respectu aīe hoīs eoꝙ ñ hn̄t tot nec ita ꝑfectas opatiōes vite sicut aīe hoīm.

Tu causis anias paribꝰ vitasq̄ minores Prouehis, et leuibus sublimes curribꝰ aptās. In celuz terrāq̄ seris quas lege benigna Ad te ꝯuersas reduci, facis igne reuerti Da pr̄ angustā mēti ꝯscēdere sedez Da fontē lustrare boni, da luce repta In te ꝯspicuos anī defigere visus. Dissice terrene nebulas ⁊ pondera molis. Atq̄ tuo splēdore mica, tu nanq̄ serenū. Tu req̄es tranq̄lla pijs te cernere finis. Principiū vector, dux semita t̄minꝰ, idem

¶ Nota ꝙ ꝑ leues curr⁹ ꝑm itētionē platonicoꝝ itelligit stellas ꝯpes curribꝫ. dixerūt eī platonici ꝙ deus oēs anias sil̄ creauerit ⁊ semiauerit eas i celo dlegēdo eas stellis ꝯpibꝫ. a q̄bus postea dilabāt̄ i corpora sed hec opinio nō valet. s. ꝙ oēs aīe sil̄ sint create. oī die de nouo creant̄ ⁊ create corpibꝫ infunduntur. Dicunt̄ aūt aīe seri in celū ꝓpter virtutē celestē ex q̄ vnio anie ad corpꝰ ꝯtrahit suā ꝑyodū. lz aīa a deo ꝓducat̄ in corpe. tn̄ vnio ex ꝑte dispositionū corpaliuz depēdet a v̄tute celesti. iō dt eas seri in celū ⁊ terrā. qz aīe ñ coaptant̄ corporibꝫ nisi mediāte v̄tute celesti. Vñ. ij. phisi. Hō em̄ hoīem generat et sol. ¶ Nota ꝙ deus aīas creatas aptat leuibus curribꝫ. i. stellis ꝯparibꝫ qd̄ sic pōt intelligi. qz aīa creata ꝯparitatē ⁊ sil̄itudinē hz cū stella. Sic em̄ stella est nobilior ꝑs sui orbis ⁊ ē ꝑpetua sic ania rōnalis ꝑpetua existens ē nobilior ꝑs hoīs. Vel sic pōt intelligi. ꝙ deus aīas creatas aptat leuibus curribꝰ. i. rōni ⁊ intellectui. q̄ dicuntur curr⁹ aīe q̄ ducunt hoīem in cognitiōez reꝝ. q̄s aīas serit in celū ⁊ terrā. qz anima rōne ⁊ intellectu hz cognitionez celestiū ⁊ terrestriū ¶ Nota ꝙ ꝑ ignem reducere intelligit ardorē caritatis q̄ hominē auersum a deo vitijs facit ip̄m redire v̄tutibꝫ nisi em̄ hō deū amet ip̄m ñ q̄rit. nisi q̄rat nō īueniet. nisi īueniat ad ip̄m ñ reuertet. ¶ Da pr̄. Postq̄ phia captauit bēuolētiā dī ip̄z m̄ltipl̄r ꝯmēdādo. h̄ exp̄mit suā petitōz dī. O pr̄ q̄ facꝫ oīa ꝓdicta da. i. ꝯcede mēti sup̄hūane ꝯscendere angustā sedē. i. nobilē sedē summi boni, da lustrare. i. in

uestigãdo iuenire. fontẽ boni. i. deum q̃ ẽ fons oĩs boni. de luce reperta. i. cognitõe p̃habita in te defigere. s. ꝑ amorẽ ꝯspicuos visus. i. claros intuitꝰ ani. i. rõis ⁊ intellectꝰ. O pr̃ tu dissice. i. dispꝛge nebulas. i. obscuritates ⁊ põdera. i. ꝯguitates terrene molis. i. dilectõis terrene. atq; mica. i. resplende tuo splẽdore. tu nãq; es serenum q̃ supple oĩa illustrant. Tu es trãq̃lla reqes. pijs sup. mẽtib; te cernere. i. videre ẽ finis sup. oĩum. tu idẽ exñs es p̃nci/piuz. qꝛ origo oĩm rerum. tu es vector. qꝛ vehis nos ꝑ grãz q̃ ꝑuenire ñ possumꝰ ꝑ naturã. tu es dux ducẽs ab errore ig̃rãtie ad ꝟitatẽ sapie. tu es semita cum sis via et veritas ⁊ ꝑ te ad te/ ip̃m ꝑuenitur. tu es terminꝰ vltra quem nihil queritur cum sis summũ ⁊ ꝑfectũ bonum.

Prosa decima libri tertij.

Uoniã igitur q̃ sit impfecti q̃ etiã ꝑfecti boni forma vidisti Nunc demonstranduz reor quonã hec felicitatis perfectio constituta sit. In quo illud primum arbitror inquirendum. an aliquod hmõi bonum quale pauloañ diffinisti ĩ rer̃

¶ Nota ꝙ sedes summi boni dr̃ ãgusta. i. subtil. qꝛ vix magno labore ad ip̃am ꝑuenitur. vel dicitur angusta. i. nobil. qꝛ nihil sibi ꝯpari p̃t. ¶ Item deũ vocat fontẽ summi bõi. sic ẽm riuuli hñt existere ⁊ fluere a fõte ⁊ ip̃e a nullo. sic a deo oẽ bonum hz eẽ. ip̃e autẽ a nullo. ¶ Nota ad hoc ꝙ sedes summi boni ꝯscẽdat̃ optet ꝙ inuestigetur. ⁊ qꝛ ñ sufficit inuestigare si ñ inueniatur. nec inuenire si nõ diligat̃. iõ ph̃ia petit ꝑ amorẽ defigi visum animi. s. rõnem ⁊ intellectum ĩ summum bonum ¶ Nota ꝙ qꝛ ĩtellectus ⁊ rõ ĩpediuntur ⁊ obscurãtur ꝑ affectionẽ ⁊ desiderium terrenoꝝ. qꝛ corpꝰ q̃d corrumpitur agg̃uat aĩaz qñ corpi ẽ subiecta. iõ ph̃ia petit fugari nebulas terreni molis. ⁊ qꝛ ñ sufficit fuga tenebraꝝ nisi assit lux illuminãs. iõ petit illumĩatõez dicẽs. Atq; tuo splẽdore mica. Itẽ dissico. cꝫ. i. dispꝛgo vl̃ remoueo. ⁊ dr̃ a dis p̃positõe ĩsepabili. ⁊ a ꝟbo. ico icꝫ.

Uoniã igitur q̃ sit ĩpfecti. Ista ẽ decia ꝓsa hꝰ Prosa. x. li tertij.

tertij in q̃ ph̃ia oñdit vbi ꝟa btitudo sit ꝯstituta ⁊ primo ꝯtinuãdo se ꝓbat btitudinẽ ꝑfectã eẽ in rer̃ natura. secũdo oñdit in q̃ sit ꝟa btitudo ibi. Quo ꝟo. Prĩo dicit. O boeti qm̃ vidisti in p̃cedẽtib; q̃ sit forma imꝑfecti boni. ⁊ q̃ sit forma ꝑfecti bõi. nũc reor. i. opinor eẽ demõstrãdum. q̃nã. i. vbi hec ꝑfectio felicitatis. i. ꝑfecta felicitas sit ꝯstituta. in q̃. s. inuestigãdo. illud ego arbitror primum eẽ inq̃rẽdum. an aliq̃d hmõi bonum ꝑfectum q̃le pauloañ. s. octaua ꝓsa diffinisti. possit existere ĩ rer̃ natura ue cassa. i. vana imago i. spẽs cogitatõnis nos decipiat p̃ter ꝟitatẽ subiecte rei. i. exñtꝫ rei. sed neq̃t negari q̃n existet in rer̃ natura ꝑfectum bonum et

pfecta felicitas. ⁊ ꝫ bonū sit veluti fons oīm bonoꝝ. ⁊ tūc pbat ip̄m eē tali rōne. In q̄cūq; genere ē repīre impfectū in eodē est repire pfectū. sed in genere rer̄ ē repire impfectū bonū ⁊ ipfectā felicitatē. vt patz ex p̄cedētibus. g̃ in rerū natura erit dare pfectū bonū ⁊ pfectā felicitatē. hāc rōnez ptractat in lr̄a ⁊ dicit. Oē q̄ dicit esse ipfectū illud, phibet impfectū diminutōne. i. ex defectu pfecti q̄ fit vt si in quolibet genere videatur ee quid. i. aliq̄d impfectū in eo genere necesse sit aliq̄d eē pfectū. eteī sublata id ē circūscripta pfectione nec fingi pōt vñ extiterit. i. esse habeat quod phibet ipfectum. necꝫ eī natura cepit exordium a diminutꝫ ⁊ inconsūmatis. i. ab impfectis sed nata, pcedēs ab integris ⁊ absolutꝫ id ē pfectis dilabit i hec extrema. i. iferiora atq; effeta. i. infructuosa. ex hoc g̃ accipit maior rōnis. i. q̄cunq; reperitur aliq̄d impfectū in eodē repiet impfectū Tūc sublungit maiorem dicēs: Sicut paulo ante mōstrauim⁹ q̄ fragil' boni ⁊ impfecta felicitas. Et ponit conclusionem dicens. Ergo dubitari non potest esse aliquam solidam ⁊ pfectam felicitatem quod ꝓcedens B. dicit verissime ⁊ firmissime cōclusum est ¶ Notā dum q; in tpalib⁹ ⁊ sensibilib⁹ nō potest eē summū ⁊ pfectū bonū. ⁊ quia multi sunt qui non putant esse alia bona ꝓter sensibilia. ideo ne aliquis putet nullum esse pfectum bonum in rerū natura. phia ꝓpo anteꝫ ostēdat vbi sit sitū pfectū bonum, pbat ipsum esse. ¶ Notādū q; res subie-

natura possit existere, ne nos ꝓter rei subiecte veritatem cassa cogitationis imago decipiat. Sed q̄n existat: sitq; hoc veluti q̄dem omnium fons bonoꝝ negari neq̄t. Q̄ñe eī quod imperfectū dr̄ esse, id diminutione pfecti impfectum q; esse phibetur. Quo fit vt si in quolibet genere imperfectū quid esse videatur, in eo perfectum quoq; aliquid esse necesse sit. Etenim perfectione sublata vnde illud quod imperfectum pbibetur extiterit ne fingi quidez potest. Necꝫ enim ab diminutis incōsummatisq; natura rerum cepit exordium sed ab integris absolutisq; procedens in hec extrema atq; effeta dilabitur. Quod si vti pauloañ monstrauimus, est q̄dam boni fragilis impfecta felicitas: esse aliquā

cta est de qua habetur sermo ⁊ cognitio. sed dum cogitamus de re que ñ est tunc est cogitatio crassa p̄ter veritatem subiecte decipiēs nos. ne autē talis cognitio videatur esse summi boni. iō primo ꝓbat ip̄m esse in rerū natura ¶ Notandū ꝙ imꝑfectū non p̄t esse principiū rerū. qꝛ ꝑfectum p̄ us ē imꝑfecto. principio aūt non est aliquid prius. ex quo sequitur ꝙ vbi est imꝑfectū ibi ē reperire ꝑfectum

solidam ꝑfectāqꝫ non pōt dubitari B. Firmissime iquā verissimeqꝫ cōclusum est. P. Quo v̄o inq̄t habitet ita ꝯsidera. deū reꝝ oīm principem bonū esse. cōis humanoꝝ conceptio ꝓbat anioꝝ. Nā cū nihil deo melius excogitari q̄at id quo meli⁹ nihil est bonuꝫ esse q̄s dubitat. Ita v̄o bonū eē deū rō demōstrat: vt ꝑfectum quoqꝫ bonum in eo esse cōi

¶ Notādū ꝙ est deuenire ad aliqd̄ ꝑfectum a quo natura īcipiens ꝓgredit̄ ad posteriora imꝑfecta. cuiusmodi sunt hec inferiora que dicunt̄ extrema et effeta. q̄a sunt vltima causatorū nō cā aliꝫ inferioribꝫ. ¶ Quo v̄o. Hic ꝑhia ostendit ī quo ꝑfectū bonū siue felicitas sit sita secundo ꝯcludit q̄ddam correlariū. tertio mouet dubitatiōem. secunda ibi. Super hec. tertia ibi Atq̄ hoc q̄qꝫ. Primo dicit vel ostendit ꝑfectā felicitatem esse in deo constitutā. Secundo ostendit per quem modū sit in deo. ibi. Sꝫ q̄so. Primo ponit vnam ꝓpositionem notam. secundo ex ea ꝓbat intentum. ibi Ita vero. Primo dicit Iam probatum est ꝙ est dare perfectum bonum. quo v̄o i. in quo habitet illud perfectum bonū. ita considera. Et tunc subiungit ꝓpositionem Omnis conceptio cōis humanorum animoꝝ ꝓbat. i. concedit deum esse bonum principiū omniuꝫ rerum. ⁊ ꝙ deus sit quoddam bonum ꝓbat per hoc. quia deo nihil melius excogitari potest et quis dubitat illud esse bonum quo melius nihil est. q. d. nullus. ¶ Notandum ꝙ deum esse principem oīm rerū oēs concedunt. sed quia pictagorici posuerunt duo esse principia rerum. vnum bonum. aliud malum. ne ergo aliquis occasione huius negaret deum eē bonum. ideo hoc ꝓbat ex eo ꝙ nihil potest melius excogitari deo. Unde d̄t Aug⁹. in li. de doctrina christiana Omnes latine lingue scientes cū aures eorum sonus tetigerit quo ꝓfertur deus monentur ad cogitādū excellentissimā quandam īmortalem naturā. ita autem cogitatur deus vt aliquid quo nihil sit melius.

¶ Ita v̄o bonū esse deum ratio demōstrat. Hic ꝓbat intentum ꝙ beatitudo siue ꝑfectū bonū sit sitū in deo tali ratione. Perfectū bonū ē v̄a btitudo. sed in deo est ꝑfectū bonū. ḡ in deo ē v̄a btitudo. vñ d̄t in lr̄a Ratō

ista demõstrat deũ esse bonũ vt ꝯuincat. i. ĩfallibilr ꝯcludat ĩ eo eẽ ꝑfectũ bonũ nã ni. i. nisi deꝰ sit tale. s. ꝑfectũ bonũ. ñ poterit eẽ priceps oĩm rerũ si em̃ nõ sit ꝑfectũ bonũ erit aliq̃d ꝑstãtiꝰ eo possidẽs sũmũ bonũ qꝛ oĩa ꝑfecta claruerũt. i. manifesta eẽ sũt priora. minꝰ integ. i. ꝑfectꝫ. q̃re ne rõ ꝓdeat in ĩfinitũ ꝯfitẽdũ est sũmũ deũ esse plenissimũ sũmi ⁊ ꝑfecti boni. et sic patꝫ mĩor rõnis. scꝫ ꝙ in deo ẽ ꝑfectũ bonum. Tũc ꝓbat maiorẽ dicẽs. Sed ꝯstituimus. i. ꝓbauimus nona ꝓsa perfectũ bonũ eẽ verã beatitudinez. igit̃ restat cõcludere ꝙ necesse ẽ verã btĩtudinẽ sitam eẽ in sũmo deo. Cui Boetiꝰ ꝯsentiẽs dt. Accipio. i. ꝯcedo inquã. nec est qd̃ vllo mõ q̃at ꝯdici.

¶ Nora ꝙ si deꝰ non esset ꝑfectũ bonũ sed imꝑfectũ ꝓcederet ĩ infinitũ sic arguẽdo. Deꝰ vel est ꝑfectuz bonũ vel imꝑfectuz Si ꝑfectũ habet ꝓpositũ Si ĩꝑfectum erit aliq̃d priꝰ eo. cuz ꝑfectũ sit prius imꝑfecto. Illud g̃ prius vel ẽ ꝑfectũ bonũ vl̃ ĩꝑfectũ Si ꝑfectuz illud erit deus. ⁊ hr̃ ꝓpositũ. si imꝑfectum erit aliq̃d priꝰ eo. cum ꝑfectum sit prius imꝑfecto. ¶ Iterũ querit̃ de illo priori. vel est ꝑfectũ bonũ vl̃ imꝑfectũ. ⁊ sic ꝓcederet̃ in infinitũ. vel dabitur deum esse ꝑfectum bonum. ⁊ hoc innuit in lr̃a cum dicit. Quare ne in infinitum ꝓdeat

cat Nã ni tale sit rex oĩm princeps esse nõ poterit. Erit em̃ eo ꝑstãtius aliq̃d ꝑfectũ possidens bonũ ꝙ hoc priꝰ atq̃ antiquiꝰ esse videat̃. Oĩa nanq̃ ꝑfecta nimis integris priora esse claruerũt. Quare ne in infinitũ prodeat rõ ꝯfitendũ est summũ deum sũmi ꝑfectiq̃ bõi eẽ plenissimũ Sꝫ ꝑfectũ bonũ verã esse btĩtudinẽ ꝯstituimꝰ. Verã igit̃ btĩtudinẽ in sũmo deo sitã esse necesse est. B. Accipio inquã Nec ẽ qd̃ ꝯtradici vllo mõ queat. P. Sed q̃so inq̃t te vide q̃ꝫ id sancte atꝫ ĩuiolabilr probes ꝙ boni summi summũ deuꝫ diximꝰ eẽ plenissimũ. B. Quonã inq̃ꝫ mõ Ne hũc rex oĩm p̃rem illd̃ sũmũ bonum quo plenꝰ eẽ ꝑhibet̃ vel extrin

¶ Sed q̃so inq̃t te. Hic ꝑhĩa oñdit ꝑ quẽ modũ vera btĩtudo sit ĩ deo qꝛ nõ est in deo tanq̃ꝫ aliq̃d distinctũ ab ipso sicut accidẽs a subiecto. sed ẽ idẽ cũ ipo. qd̃ ꝓbat q̃ttuor rõnib. scd̃a ibi Postremo. tertia ibi Oĩno em̃ quarta ibi. Respice inquit. Primo premittit intentũ suum cum quadam diuisione cuiꝰ mẽbra improbat dicens. O boeti queso te vide q̃ꝫ id sancte

id ē firmiter ⁊ inuiolabiliter ꝓbes ꝙ diximꝰ sūmū deū esse plenissimū sūmi boni. ⁊ dt Boetiꝰ. Quonā mō sup. h ꝓbat. Tūc pōit ph̄ia diuisionem dicēs. p̄sumas. i. putas ne hūc patrez oīm rez accepisse extrinsecus illud summū bonū. quo ꝑhibet esse plenꝰ. vel p̄sumas ita naturaliter ore a se illud bonū q̄si cogites diuersam eē subam dei hn̄tis ⁊ btitudis habite. Et tūc improbat mēbra. primo ꝙ deꝰ nō accepit sūmū bonū ab extrinseco dicēs. nam si putes bonū qd in deo ē extrinsecꝰ acceptū. tunc tu possis. i. potes existimare esse p̄stantiꝰ. i. meliꝰ illd bonū quo dederit eo qd accepit s. deo qd est falsū. q̄a ꝯfitemur hūc p̄cellētissimū oīm rerum: Tūc ꝓbat ꝙ ꝑfectū bonuz in deo nō ē in ipso naturaliter tanq̄ differēs a substātia sua dicēs. ꝙ si natura. i. ꝑ naturā iest deo sūmū bonū sed ē diuersum ab ipso rōne q̄dditatiua fingat q̄ pōt q̄s hec diuersa

secus accepisse. vel ita naturaliter habere p̄sumas quasi habentis dei habiteq̄ btitudinis diuersam cogites esse substātiā. Nā si extrinsecus acceptū putes p̄stantiꝰ id qd dederit eo. qd accepit existimare possis. Sz hūc esse rerū oīm p̄cellētissimuz dignissime ꝯfitemur. Qd si natura quidē inest Sz rōne diuersū cū d rerū principe loquamur deo fingat q̄ pōt. q̄s hec diuersa cōiunxerit. Postremo qd a qualibet re diuersū ē id ñ est illd a quo ītelligit esse diuersū Quare qd a sūmo bono diuersū est sui nata id sūmū bonū non est. Qd

ꝯiunxerit. supple deum summū bonū. q. d. non est dare aliquē priorē ista diuersa coniungentē ¶ Notandum ꝙ ratio quam ph̄ia pretendit ē ista Summū bonū quod est in deo vel est acceptū ab extrinseco. vel inest sibi naturalr. si ab extrinseco aliq̄d erit prestantius et nobilius deo. qr dās summum bonum prestantius est recipiente ipsum. Si autem inest deo naturaliter. vel tanq̄ idem sibi. vel tanq̄ diuersuz ab ipso. Si tanq̄ idē sibi habetur ꝓpositum. si tanq̄ diuersum ab ipso erit aliquid prius quod inter diuersa coniunxerit. talia autem fingere est difficile.

¶ Postremo quod a qualibet. Hic ph̄ia ponit secundā rationē ꝙ summum bonum in deo nō differt ab ipso. ⁊ est ratio talis. Illud qd ē diuersum ab alio non est illud a quo est diuersum. Si g̊ sūmū bonū est diuersum a deo deus non esset summū bonum qd nefas est dicere. vnde dt in lr̄a. Postremo illud qd ē diuersū a q̄libet re illud nō est illud a q̄ intelligit

id est videtur eē diuersū quare qđ sui nata diuersū est a sūmo bono illud nō est summū bonū. si igit sūmū bonū ita sit in deo ꝙ fm naturā est diuersū ab eo. sequit ꝙ deꝰ nō sit sūmū bonū. qđ nefas est cogitare de deo. q̄ nihil ꝯstat eē p̄stātiꝰ. ¶ Nota si aliq̄d eēt in deo diuersū ab ipo. deꝰ esset ꝯpositus. ⁊ nō essentie simplicis qđ est falsum. ¶ Itē qđ ē in deo diuersū ab ipo. vel ē accidēs vel ps eiꝰ. Non accidens. qꝛ deꝰ non est subiectū alicꝰ accidētis. si ē ps eiꝰ cū ps p̄cedat totum aliq̄d erit prius đo. qđ falsum est

nefas est đ eo cogitare quo nihil cōstat p̄stātiꝰ Oino em̄ nulliꝰ rei natura suo prīcipio melior poterit existere quare qđ oīm principiū sit. id etiā sui substātiā sūmū esse bonū verissima rōne ꝯcluserim. B. Rectissime inquā. P. Sz sūmū bonū btitudinem esse ꝯcessū est. B. Ita est inquā. P. igit inq̄t deū esse ipaz btitudinez necesse est ꝯfiteri B. Nec propositis inq̄ꝫ prioribꝰ refragari q̄o et ab illis hoc illatū ꝯñs esse ꝑspicio. P. Respice inq̄t an hic quoqꝫ idez firmius approbetur ꝙ duo summa

¶ Oino em̄ nullius rei natura Hic ph̄ia ponit tertiā rōnez q̄ talis est. Illud qđ ē prīcipiū oīm formaliter est summuz bonū. qꝛ summū bonū nō p̄t eē principiatū sed deꝰ ē principium oīm. g̊ formalr ē sūmū bonū. sūmū aūt bonū ē btitudo. g̊ deus formalr est sūma btitudo. vnde dicit in lr̄a. Oino i. generalr. nulliꝰ rei natura poterit existere. i. eē melior suo prīcipio. q̄re qđ oīm sit principiū sicut deꝰ illud etiaz ꝯcluserim verissima rōne summū esse bonū suba. i. ꝑ sui substantiaz. cui assentiēs boe. đt. Rectissime inq̄ꝫ ꝯclusū est. sz sūmū bonū eē btitudinez cōcessū ē. dicit boe. ita ē inquā. Cōcludit g̊ ph̄ia Igit necesse ē deū ꝯfiteri ipam btitudinē. đt boe. nec q̄o refragari. i. resistere prioribꝰ ꝓpositꝰ. i. p̄missis. ⁊ ego ꝑspicio h̄ illatū eē ꝯñs illis. i. ad illa. ¶ Nota ꝙ principiuz oīm rerꝫ oꝑtz eē sūmū bonū substātialr. qꝛ si aliq̄d aliud a principio esset sūmū bonū substātialr sicut aliq̄d principiatū sequit ꝙ prīcipiatū sit nobiliꝰ suo principio. nā bonū sustātialr nobiliꝰ ē bono accidētaliter.

¶ Itē si principiū nō ē bonū substātialr sed accidētalr. cuz oē qđ ē tale ꝑ accñs reducat ad aliq̄d tale ꝑ se. iūc principium reduceretur ad aliquid. ⁊ ꝑ ꝯñs nō eēt principiū. ¶ Respice inq̄t an hinc. Hic ponit q̄rtā rōnez ꝙ btitudo in deo nō differt ab ipo. Si btitudo differret a deo cū vtrūqꝫ tā deꝰ q̄ꝫ btitudo sit sūmū bonū. essent duo summa bona. q̄ꝫ vnū nō esset alterꝫ. ⁊ cū vnuz desit alteri neutꝫ erit

pfectũ ⁊ summũ bonũ qꝛ pfectũ ē cui nihil deest. ḡ necesse ē btitudinem esse idē cũ deo. vñ dicit in lr̃a. O boeti respice an hinc quod mõ dicaꝫ illud q̃d pbatũ est firmi⁹ approbet. duo sũma bona eē nõ pñt. q̃ sint a se diuersa. etem̃ liq̃t. i. mãifestũ ē ꝙ bona q̃ discrepãt nõ eē alteꝝ sup. eoꝝ bonoꝝ qd̃ sit alteꝝ. q̃re cum alteꝝ deest alterutri. i. alteri. neutꝝ poterit eē pfectuꝫ. cũ pfcm̃ sit cui nihil deest. Sꝫ manifestum ē illud. nõ eē summũ bonũ q̃d ñ ē pfectũ. igit̃ nullo mõ pñt eē diuersa ea q̃ sunt summa bona. Atq̃ p certe deum ⁊ btitudinē collegim⁹ eē summuꝫ bonum. q̃re necē ē ipaꝫ naturã q̃ sit diuitas. i. naturã dei eē summaꝫ btitudiꝫ. q̃d hoc approbãs dicit. Nihil veri⁹ ē ipa re. nc rõcinatõe firmi⁹. nc deo digni⁹ ꝯcludi pt̃.

bona q̃ a se diuersa sint esse nõ pñt. Etem̃ q̃ discrepãt bona ñ esse alteꝝ qd̃ sit alteꝝ liq̃t Quare neutꝝ poterit esse pfectũ cũ alterutri alterutrũ deest. Sed qd̃ pfectũ nõ sit id sũmũ nõ esse manifestũ est. Nullo mõ igitur q̃ sũma sunt bona ea pñt esse diuersa. Atq̃ ⁊ btitudinez ⁊ deũ summũ bonũ esse collegim⁹. Quare ipsam necesse est sũmã esse btitudinez q̃ sit sũma diuitas. Nihil inq̃ꝫ nc re ipa veri⁹ nec rõcinatõe firmi⁹. nc deo digni⁹ ꝯcludi põt P. Sup hec inq̃t igit̃ veluti geometre solent demonstratis propositis aliq̃d inferre que porismata ipi vocãt. ita ego quoqꝫ tibi veluti corolariũ dago. Nã qm̃ beatitudinis adoptiõe fiunt homines beati. beatitudo vero est ipsa diuinitas. diuinitatis adeptione beatos fieri manifestum est.

¶ Notãdum ex q̃rto topicoꝝ. q̃d p supabundãtiã dr̃ vni soli ꝯuẽit. cum igit̃ summum bonuꝫ dicat̃ p supabundantiã non erunt duo sũma bõa. Itẽ si eẽnt duo summa bõa. vel eẽnt eiusdẽ spẽi. vl̃ differrent spẽ. si eiusdez speciei. erunt eq̃lr pfecta. et vnum erit supfluuꝫ. si differunt spẽ. vnũ erit pfecti⁹ alt̃o. qꝛ ipossibile ē duas spẽs eẽ eq̃lr pfectas sꝫ q̃d ē ipfecti⁹ ñ ē sũmũ bonũ. ḡ ñ sũt pl̃a sũma bõa. ¶ Sup hc. Hic ph̃ia ꝯcludit ex dictꝫ q̃ndã ꝯclusiõez corolariã dicẽs Sup hec. s. pdcã. ego tibi dabo corolarium. i. ꝯclusiõez corolariã. ita. s. sic geometre aliq̃d solẽt demõstratꝫ suis ꝓpositis iferre q̃ illata ipi vocãt porismata. i apitões, ⁊ tunc põit corolariuꝫ

q̄ omnis btūs est deus q̄d sic infert q̄ adeptōe btitudis fiunt hoīes bti btitudo ꝟo est ipa diuitas vt ꝓbatū ē. manifestū ē homies btōs fieri adeptione diuinitatꝭ. sed sicut adeptōe iusticie fiūt hoīes iusti. ⁊ adeptōne sapiētie sapiētes. ita necesse ē adeptōe diuitatꝭ eē btōs siue deos. igit̄ omis btūs ē deꝰ. sed natura q̄dē vnꝰ deꝰ ē ⁊ nō plures. ꝑticipatōe ꝟo nihil ꝓhibet ⁊ plꝰ deos esse hāc ꝯclusionē ꝯmendans B. dicit. Et pulcrum in q̄ hoc. s. q̄d mō cōclusisti. atꝫ ꝑciosuꝫ siue porisma siue corolariū mauis id ē magis velis ipm vocari. ¶ Notanduꝫ q̄ oīs btūs est deus hoc ꝓbatur ex lr̄a sic Hoīes fiūt bti adeptione btitudis. sꝫ beatitudo est diuinitas. g̊ hoīes fiūt beati adeptione diuinitatis sed adeptione diuinitatis aliq̄s efficit̄ deus. ergo oīs btūs est deꝰ. vel pōt sic argui. Adeptōe diuitatis aliq̄s efficit̄ deꝰ. adeptiōe diuitatis aliq̄s efficit̄ btūs cū diuinitas sit idē cū btitudine. g̊ oīs btūs est deꝰ. ¶ Nota fm Hugui. q̄ porus pori. ē subtile foramē i corpe ꝑ q̄d sudor emanat. ide porisma. atꝫ id ē aptio vl̄ illūinatio sensus. Dicunt̄ etiā porismata regule q̄s geometre ꝓponūt ad aliq̄d ostēdēdū. eo q̄ apient ⁊ illuminēt mētē lectoris ⁊ ipse allegat boetiū in hoc libro de hoc noīe porisma. Notandū fm eundem Hugui. a corona venit coronariū q̄d ē p̄miū victorie vel p̄mium belli vel certamis. s. corona vel aliq̄d aliud vel coronarium ē vñ aliq̄s meret̄ honorem vl̄ adipiscit̄ coronā. Et etiā allegat Boetiū in h̄ loco de h̄ noīe coronariū. sed cōiter ipm noiamꝰ corolariū. ⁊ ē corolariū ꝯclusio sequens ex p̄missis. ¶ Nota aliq̄s diceret Si oīs btūs est deꝰ cū plꝰ sint bti. plures erunt dij. Rn̄dit boe. q̄ vnꝰ ē deꝰ naturalr̄ ⁊ essentialr̄. sed ꝑticipatiue scꝫ ꝑticipatōe ꝟtutis ⁊ imortalitatis pn̄t eē plures dij. vñ psal. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi oēs. Itē innuit phs. xij. methaphi. vbi sic ꝯcludit. Nō valet pluralitas pricipū. sit g̊ vnꝰ princeps. s. fm naturā ⁊ essentiā. g̊ dicit Sene. Vir speculatiuꝰ ē q̄si deꝰ in hūano corpe hospitatꝰ. Pro q̄ vlteriꝰ notandū q̄ deus ē q̄druplex. aliq̄s ē deꝰ nūcupatiue. vt idolum. aliꝰ vsurpatiue vt demōes cultuꝫ dei sibi vsurpātes. vt dicit scp̄tura. Oēs dij gētium demonia. Tertiꝰ ꝑticipatiue. vt hoies btitudinē participātes ¶ Quartꝰ ē deꝰ nata hn̄s essentie eternitatē imutabilitatē. ⁊ cōicabilitate p̄mis tribꝰ modis pn̄t bn̄ esse plꝰ dij. sꝫ n̄ q̄rto mō ¶ Vltio nota deitatē siue diuinitatē ꝑticipare. non est nisi imortalitatē ipossibilitatē subti

Sed vti iusticie adeptōe iusti. sapie sapientes fiūt. ita diuinitatem adeptos deos fieri simili rōne necesse est. Oīs igit̄ btūs deus. sed natura q̄dē vnꝰ: participatōe ꝟo nihil prohibet esse q̄ plurimos. B. Et pulcꝝ inquam hoc atq̄ p̄ciosū siue porisma siue corolarium vocari mauis.

litatē ⁊ agilitatē adipisci Nam mortale aditum nobis separat nos a dijs vt dicit Porphiri⁹. g̊ adeptione imortalitatis erimus dij.

P. Atqui hoc quoq; pulcri⁹ nihil est quod his annectēdū esse ratio ꝑ suadet. B. Quid inquaz. P. Cum multa inquit beatitudo cōtinere videatur vtrum ne hec omnia vnum veluti corpus beatitudinis quadā partium varietate coniungant an sit eorum aliquid quod beatitudis substantiam compleat, ad hoc vero cetera referantur. B. Vellem inq̄ id ipsarum rerum commemoratione patefaceres. P. Nōne inquit beatitudinem bonum esse censemus. B. Ac summum quidem inquam. P. Addas inquit hoc omnibus licet. Nam eadem sufficiētia summa est, eadem summa potentia, reuerētia quoq; claritas ⁊ voluptas beatitudo esse iudicatur. B. Quid igit̄ P. Heccine omnia bona sufficientia, potentia ceteraq; veluti quedā beatitudinis mēbra sint an ad bonum veluti ad verticem cuncta referuntur. B. Intelligo inquam q̄d inuestigandum proponas, sed q̄d cōstituas, audire desidero. P. Cu

¶ Atq̄ hoc q̄q̄ pulcrius nihil est. Hic ph̄ia mouet circa p̄dicta q̄ndā dubitationē. scd̄o soluit eam. ibi. Cuius discretōnē. Prīo d̄t. Exq̄ dicꝫ h̄ corolariū eē pulcrū. Atq̄ ꝑ certe hoc qd̄ iā dicā nihil est pulcrius qd̄ rō ꝑsuadet esse annectendū his. s. supradictꝫ. Et d̄t boeti⁹. q̄d est pulcrū illud. Dic̄ ph̄ia. Cū btitudo videat̄ multa ꝯtinere. videatur vtꝝ hec oīa coniungant. i. ꝯstituant veluti vnū corp⁹ btitudis. q̄dā varietate partiuz. an sit aliq̄d eoꝝ qd̄ ꝯpleat sub̄az btitudinis. ad hoc cetera referātur. Tūc boeti⁹ petit hāc q̄stionē magis elucidari dicēs. Vellē inq̄ vt patefaceres illud qd̄ queris cōmemoratione ipsaꝝ rerum supple exēplificando ⁊ ph̄ia ꝯdescēdēs boetio q̄rit. Nōne censem⁹ btitudinē eē bonū. d̄t B. certe sūmū bonū. cui ph̄ia. licet. id ē licituz ē addas h̄ sup. sūmū bonū oīb⁹

his. Nã btitudo ẽ summa sufficiẽtia. eadẽ est summa potẽtia. ⁊ iudicatur esse sũma reuerẽtia. claritas ⁊ voluptas. Quid igitur estimas dicendum heccine. i. nunq̃d hec oĩa. s. sufficiẽtia potẽtia cetera q̃ sunt veluti q̃dam mẽbra btitudis an cũcta referunt̃ ad bonũ veluti ad ꝟticẽ. i. tanq̃ ad sũmã rõnez appetẽdi oĩa alia. Tũc boeti⁹ fatet̃ se intelligere q̃stionẽ ⁊ p̃stolari eius solutionem dicẽs. Intelligo q̃d ꝓponas inuestigandũ sed desidero audire q̃d constituas. i. diffinias q̃stiõez dissoluẽdo. ¶ Notãdũz q̃ q̃stio quam ph̃ia mouet est ista. Utrũ p̃dicta q̃nq̃. s. sufficientia. reuerentia ⁊c. cõstituãt btitudinez sicut diuersa mẽbra vnũ corpus. vl̃ vtrũ oĩa sũt eadẽ ⁊ referãtur ad aliquod vnuz scz ad bonũ q̃d sit ratio appetẽdi oĩa ista.

ius discretionem rei sic accipe. Si hec oĩa beatitudinis membra forent a se quoq̃ inuicem discreparẽt Hec est eñ partiũ natura vt vnum corp⁹ diuersa cõponant. B. Atqui hec oĩa idem esse monstrata sunt P. Minime igitur membra sunt. Alioquin ex vno membro beatitudo videbit̃ esse coniũcta q̃d fieri nequit. B. Id quidem inquã dubiuz non est sed id quod restat expecto.

¶ Notandũ q̃r in btitudine ẽ sũmũ bonũ. ⁊ in beatitudine ẽ sufficiẽtia. reuerẽtia potẽtia. gloria. ⁊ iocũditas. ideo q̃ritur an ista sint in btitudĩe tã q̃ diuersa aut ad vnũ relata. s. ad bonũ rõne cui⁹ appetunt̃. ¶ Nota ad primã partẽ q̃stiõis dz rñderi q̃ non. q̃r mẽbra vnũ corp⁹ ꝯstituẽtia debent eẽ inter se diuersa vt statim ꝓbabitur in lr̃a sequenti. sed illa quinq̃ sunt vnũ vt ꝓbatum est. ergo nõ possunt esse partes btitudis ꝯstituẽtes ip̃am sicut mẽbra vnũ corpus. Etiã si sic sequeret̃ q̃ btitudo seu de⁹ non esset oĩno simplex. quod est impossibile.

¶ Cui⁹ rei discretõez. Hic ph̃ia soluit q̃stionẽ. Et p̃rio oñdit q̃ ista q̃nq̃ nõ sunt ꝑtes ⁊ mẽbra btitudis. scdo oñdit q̃ oĩa referantur ad bonuz ibi. Ad bonũ ꝟo ¶ Primo intẽdit talẽ rõnem. Mẽbra cõstituẽtia aliq̃d vnũ ad inuicem debent esse diuersa. sed ista oĩa quinq̃ sunt idem. ergo ñ sunt mẽbra ⁊ partes btitudinis. vñ dicit in lr̃a. Cuius rei supple posite ĩ questione sic accipe discretionẽ. i. discretã solutionẽ. Si hec oĩa mẽbra forent mẽbra btitudis tũc discreparẽt inuicẽ. Hec eñ est natura ꝑtiũ vt diuersa ꝯponant vnũ. atq̃ ꝓ certe hec oĩa q̃nq̃ mõstrata sunt idẽ. ꝯsse supple in nona ꝑsa igit̃ minime sunt membra btitudinis. Sed si in eis saluet̃ rõ mẽbri omnia erũt vnũ mẽbrũ. ⁊ tunc sequitur beatitudinem componi ex vno mẽbro. q̃d est impossibile. ⁊ hoc est q̃d dicit Alioq̃n. i. si aliter

dicat̃ ꝙ nõ sũt mẽbra. sed vnũ mẽbꝝ. videbit̃ bt̃itudo esse ꝯiuncta ex vno mẽbro qđ fieri neqt. Et dicit Boe. Id q̃dẽ qđ mõ ꝯclusum ẽ nõ est dubiũ. sed illđ qđ restat de veritate alteri⁹ ꝑtis q̃stiõis expecto. ¶ Notanduz ꝙ bt̃itudo ẽ diuinitas vt pri⁹ visum ẽ. ⁊ qꝛ diuitas est oĩno simplex ⁊ indiuisibilis ex nullo põt eẽ ꝯstituta. cũ eĩm ꝯstituẽs prius sit ꝯstituto. eẽt aliq̃d pri⁹ deitate qđ absurdũ ẽ. ꝗ bt̃itudo ñ p̃t eẽ ꝯstituta ex pluribꝰ membris vel ex vno membro.

P. Ad bonũ ꝟo cetera r̃ferri palã est. Idcirco eĩm sufficientia petitur qm̃ bonũ esse iudicat̃. Idcirco potẽtia qm̃ id quoqꝫ esse creditur bonũ. Idem de reuerentia. claritudine iocũditate ꝯiectare licet. Omniũ igit̃ expetendoꝝ sũma atqꝫ causa bonũ est. Qđ eĩm neqꝫ re neqꝫ sil̃itudĩc vllũ in se retinet bonũ id expeti nullo mõ potest. Contraqꝫ etiã q̃ natura bona nõ sunt tamen si esse videant̃ quasi vera bona sint appetũt̃. Quo fit vti summa cardo atꝫ causa expetendoꝝ omniũ bonitas esse iure credatur Cuius vero causa q̃d expetit̃

¶ Ad bonum ꝟo Hic ph̃ia ostẽdit ꝙ oĩa referant̃ ad bonũ tãqꝫ ad cãz ꝓpt̃ quã appetunt̃. scđo ex dictis deducit q̃sdam ꝯclusiões supi⁹ ꝓbatas vt meli⁹ ĩtelligãtur. scđa ibi. Cuius ꝟo cã. Prĩo đt Palã est cetera. s. q̃nqꝫ supradicta ad q̃ oĩa appetẽda reducunt̃ ĩpa referri ad bonũ idcirco eĩm petit̃. i. appetitur sufficiẽtia. qꝛ bonũ esse iudicat̃. idcirco potẽtia desiderat̃. qꝛ id etiã creditur eẽ bonũ. idem licꝫ ꝯiectare. i. iudicare de reuerẽtia. claritudĩe. i. claritate ⁊ iocunditate ⁊ sic vl̃r ꝯcludere ꝙ bonũ ẽ summa. i ꝑfectio. ⁊ cã oĩm expetendoꝝ. i. desiderandoꝝ. quod declarat ꝑ signũ dĩ. Illud eĩm quod neqꝫ in re neqꝫ in similitudine. i. apparentia vllũ bonuz retinet in se illud nullo mõ põt expeti. i. desiderari. ⁊ ꝯ. i. ꝑ ꝯrium illa que nõ sunt bona natura. i. ex natura. tñ si videantur. i. appareãt eẽ q̃si vera bona sint appetuntur. q̃ fit vt bonitas iure credatur eẽ sũma atqꝫ cã oĩm expetẽdoꝝ.

¶ Notandũ ꝙ bonũ est cã oĩm desiderãdoꝝ. qꝛ deficiente rõne boni in aliq̃ siue sit bonũ ſm apparẽtiã siue existentiã tollitur rõ appetibilis. posita ꝟo rõne boni in aliquo siue ſm rẽ siue ſm apparentiã ex q̃ ĩpm est appetibile ꝓpter quod đt Arist. iij. de aĩa. Moeut eĩm appetibile h̃ q̃dẽ bonum. hoc aũt apparẽs bonum.

¶ Cui⁹ ꝟo causa. Hic ex dictis ph̃ia deducit quosdã cõclusiões prius

ꝓbatas vt melꝰ intelligant ⁊ sūt due. ¶ Prima est ꝑ bonū ⁊ btitudo sunt idē. Secūda ꝙ deꝰ ⁊ bonū idē sunt. deducēs ḡ primo ꝯclusionē dic̄. Illud maxīe videtur optari. cuiꝰ cā q̄d i. aliq̄d expedit̄. i. desiderat̄. vt si cā salutis. i. sanitatis. q̄spiā. i. aliq̄s velit eq̄tare. nō tā. i. nō tm̄ desiderat motū eq̄tādi. q̄ꝫ. i. in q̄ꝫ tū desiderat effectū salutis. i. sanitatis. cū igit̄ oīa petantur. i. appetantur gr̄a boni illa nō potiꝰ desiderant̄ ab oibus q̄ꝫ ip̄m bonū. sz nos cōcessimꝰ btitudinē eē ꝓpter q̄d cetera optātur. q̄re sola btitudo tanq̄ꝫ finis oīm aliorū q̄rit̄. i. desideratur ex q̄ liq̄do. i. manifeste apparet eē eandē substātiā ipsiꝰ boni ⁊ btitudis. Boe. em̄ assentiēs huic deductioni dicit. nihil video cur q̄spiaz possit dissentire. ¶ Notādū q̄rūcūq̄ꝫ ꝓprietas ꝑ se ē eadē necesse est illa esse eadē. cuz igit̄ bonum ⁊ btitudo habeant vnā ⁊ eandem ꝑ se ꝓprietatē erūt eadē. Nā ꝑ se ꝓprium est btitudini ꝙ oīa ꝓp t̄ eā desiderant̄ similr̄ illa ꝓprietas ē boni ꝙ oīa appetuntur. qꝛ bona. g bonū ⁊ btitudo sunt idem. ¶ Notādum ꝙ illud magis appetit̄ cuiꝰ cā aliq̄d appetitur. qꝛ illud ꝓpter q̄d aliq̄d appetit̄ priꝰ est in causando motum desiderij q̄ꝫ illud q̄d appetit̄ ꝓpter aliud. qꝛ cā ꝑmaria prius influit q̄ꝫ secundaria. ⁊ iō illud ꝓpter quod aliq̄d appetit̄ plus īfluit desiderio q̄ꝫ illud q̄d appetitur ꝓpter aliud sicut finis plus influit q̄ꝫ ordinata in finē. ⁊ hoc declarat ꝑ exemplū in lr̄a de sanitate. q̄ plus appetitur q̄ꝫ actꝰ eq̄tādi factꝰ ꝓpter sanitatem. ¶ Sed deū. Hic ꝑhia ex cōclusione prius ꝓbata deducit secundā scz deū ⁊ bonum eē idez ꝑm substātiam ⁊ dicit. Sed demōstrauimꝰ deum ⁊ verā btitudinē eē idē ⁊ vnum dicit Boe. ita ē inquā. Ex q̄ cōcludit ꝑhia dicens. igit̄ secure lz concludere substantiā dei sitā esse in ipso bono nec vsq̄z alio. i. alibi. ¶ Nota ꝙ ex prima cōclusiōe infertur scd̄a accipiendo primā cōclusionē ꝑ maiori

id maxime videtur optari. Veluti si salutis cā q̄spiā velit eq̄tare: ñ tā eq̄tādi motū desiderat q̄ꝫ salutis effectuz. Cū igit̄ oīa boni gr̄a petant̄ nō illa potiꝰ q̄ꝫ bonū ip̄m desiderāt̄ ab oibus. Sz propter qd̄ cetera optantur beatitudinē eē ꝯcessimꝰ: quare sic quoq̄ꝫ sola q̄ritur beatitudo. Ex quo liquido apparet ipsiꝰ boni ⁊ beatitudinis vnā atq̄ꝫ eandem eē substātiā. B. Nihil video cur dissētire q̄spiā possit. P. Sz deū verāq̄ꝫ btitudinē vnū atq̄ꝫ idez esse mōstrauimus. B. Ita inq̄ꝫ P. Secure igitur ꝯcludere licet: dei quoq̄ꝫ in ip/

argu ēdo sic. Bonū ꝛ btitudo sunt idē ꝑm subam. sed deꝰ ē vera btitudo ḡ deꝰ ꝛ bonū sunt idē ꝑm substātiā. Metrum. x. tertij libri.

Uc oēs ꝑiter venite capti. Istud ē metꝝ. x. hꝰ tertij q̄d dr̄ valēticū ab inuētore. ꝛ est vndecasyllabum cōstās ex spōdeo ꝛ dactilo. ꝛ duobꝫ vl' tribꝫ trocheis. qꝛ vltio loco p̄t pōi spōdeus vl' trocheꝰ

so bono nec vsq̄ alio sitam esse substantiam.

Metrum decimū libri tertij

Uc oēs ꝑiter venite capti
Quos fallax ligat ĩprobis catenis.
Terrenas habitās libido mentes
Hic erit vobis requies laborum
Hic portꝰ placida manēs quiete
Hoc patens vnū miseris asilum
Non quicq̄d tagꝰ aureis arenis
Donat: aut hermꝰ rutilāte ripa
Aut indus calido propinquꝰ orbi
Cādidis miscēs virides lapillos
Illustrāt aciem magisq̄ cecos
In suas cōdunt animos tenebras
Hoc quicq̄d placꝫ excitatq̄ mētes
Infimis tellus aluit cauernis
Splendor quo regit̄ vigetq̄ celum
Uitat obscuras aīe ruinas
Hanc q̄squis poterit notare lucem
Cādidos phebi radios negabit

In quo metro phia postq̄ꝫ oñdit in q̄ sit summa btitudo hortatur ad istā btitudinem ꝑuenire dicens Oēs capti quos fallax libido. i. fallax delectatio habitans. i. possidēs t̄renas mētes ligat ĩprobis catenis. i. vitiosis cupiditatibꝫ. venite ꝑiter huc. i. ad summū bonum q̄d ē situꝫ ĩ deo Tunc oñdit vtilitatē veniendi ad illud bonuꝫ dicēs. Hic. i. in isto bono q̄d ē deꝰ erit vobis req̄es laborū. cum ip̄e sit p̄mium in hac vita laborantium. hic ē portꝰ. i. securitas manens placida q̄ete. h̄ est asilum. i. domum refugij. vnum. i. solum. qꝛ tm̄ ad deum ē tutum refugium patēs id ē aptum miseris. Tunc compat istud bonum ad bona tpalia oñdens bona tēporalia eē damnosa: qꝛ sui cupiditate obtenebrant aiam di. Quicq̄d donat tagus fluuius iste aureis suis arenis. Quicq̄d donat hermꝰ fluuiꝰ rutilāte. i. splendente sua ripa. [illegible] indus fluuiꝰ a q̄ dicitur india ꝓpinquus calido orbi. qꝛ vicinꝰ tor[illegible]

inquã ꝯmiscẽs lapillos virides.i.smaragdos.cãdidis.i.margaritis sup
ple oĩa illa nõ illustrãt aciẽ sup. mẽtis. sed magis cõdunt.i.iuoluũt cecos
aĩos in suas tenebras.i.ignorãtias veri boni.hoc.s.bonum tpale q̃cq̃d.i.
quodcũq; placet.i.excitat mẽtes ad cupiditatẽ.illud tell⁹ aluit infimis ca
uernis.i.pfũdis.q; in pfundo terre gignunt metalla ⁊ gẽme. Tũc ostẽ/
dit vtilitatẽ boni q̃d
est de⁹ in q̃ ẽ ꝟa bti
tudo dicẽs. Splen/
dor.i.btitudo splen/
dens.q̃ splẽdore regi
tur celũ ille vitat ob
scuras ruinas aĩe.q;
splẽdor ⁊ obscuritas
se nõ ꝯpatiunt in eo/
dez.q̃squis q̃ poterit
notare.i.notã habe/
re hãc lucem.ipse ne
gabit.i.non curabit
cãdidos radios phe/
bi.i.solis

Prosa vndecima h⁹ tertij libri.
Ssentior inq̃ cũcta eĩn fir/
missimis nexa rõnib⁹ ꝯstãt.
P. Tũ illa quãti inq̃t esti/
mabis si bonũ ip̃z q̃d sit agnoueris
B. Infiniti inq̃z: siq̃dem mihi pari
ter deũ quoq; q̃ bonũ est ꝯtinget ag
noscere. P. Atq̃ hoc verissima inq̃t
rõe patefaciãt. Maneãt mõ q̃ pau/
loãte ꝯclusa sũt. B. Manebũt inq̃

¶ Notandũ ꝓpter li
terã q̃ asilũ ꝑm Hug. d̃r dom⁹ refugij quã romulus fecit.ab a q̃d ẽ sine.
⁊ silon q̃d est tact⁹. q̃si sine tactu.q; nõ erat fas aliquẽ ibi tãgere vel offen
dere. ¶ Notandũ ꝑm Isid. li.et himol. Tag⁹ ẽ fluui⁹ quẽ cartago hispa
nie sic nũcupauit.ex q̃ pcedit copiositas arenis auriferis.⁊ ab hoc ceteris
fluuijs hyspanie est p̃latus. ¶ Notãdũ ꝑm Hug. q̃ herm⁹ ẽ fluuius asie
q̃ cãpos smirneos secat fluctib⁹.⁊ ẽ plenus aureis arenis. Indus aũt ꝑm
Isido.ẽ fluui⁹ oriẽtis q̃ rubeo mari excipit.a q̃ india nũcupat abũdans
margaritis ⁊ smaragdis. Prosa.xi.tertij libri

Sẽstior inq̃ Ista est vndecima psa hui⁹ tertij in q̃ ph̃ia inducit
Boetiũ in cognitionẽ q̃rũdã q̃ pri⁹ fassus fuit ignorare.s.q̃s sit
finis oĩm rez.⁊ q̃bus gubernaculis mũd⁹ regat. Prio duc̃ ip̃m
in cognitõez primi.scdo scdi in sequenti psa. Prio ph̃ia inuestigat diffi/
nitionẽ boni.scdo ex h̃ oñdit q̃s sit finis oĩm rez ibi. Et illa nimiũ p̃mo
p̃mittunt quedã. Scdo ph̃ia aggredit ꝓpositũ.ibi Nonne inq̃t. Prio bo
etius assentiẽs p̃dictis dicit Assentior inquã.s.iã dictis. cũcta eĩn ꝯstãt
nexa firmissimis rõnib⁹.q; demõstratiuis. Et ph̃ia inq̃t. Quãti.s.p̃cij
estimabis si agnoueris q̃d sit ip̃m bonũ. Rñdit boe. Infiniti scz p̃cij in/
quam estimabo.siq̃dem mihi pariter ꝯtingat agnoscere deũ q̃ bonuz est
dicit ph̃ia. Atq̃ p certe.hoc patefaciam verissima ratõe maneant.i. conce
[illegible]ma cõclu.tãtũmodo q̃ conclusa sunt pauloante. Et dicit Boe. ma
[illegible]i contractione in sui veritate.

Prosa vndecima

¶ Notandū q ad pbādā aliquā cōclusionē oportet principia manere in sui veritate z ea concedi. si enim negarentur non posset ex eis conclusio deduci. volens ergo pbia ex his que cōclusa sunt tangz ex principijs cōcludere quid sit bonum. dicit hoc velle facere manētibus his que proba ta sunt z dicit boetius q manebunt in sui veritate. ¶ Nonne inqt monstra. ¶ Hic pbia aggredit intentū ostendo quid sit bonum. z intendit probare istā cōclusionem. bonum est illud quod oīa appetunt. quaz pbat tali ratione. Vnum z bonum sunt idem sed omnia appetunt esse vnum. ergo oīa appetunt bonū. Circa istaz rationē sic p cedit. Primo probat maiorem. secūdo minorē. tertio resumpta maiore infert cōclusionem. sēda ibi. Nostine igitur. tertia ibi. Est ne igitur. pbat ergo maiorem q vnū z bonum sunt idem p moduz questiōis. z primo qrit dicēs. Nōne supra monstrauī? i. ix. psa ea q appetūtur a plibz. s. sufficiētia reuerētia. potētia. idcirco ñ eē vera bōa z pfecta. qm discrepāt a se inicē. s. eo mō q appetūt a plibz et cū alterz abesz alteri ñ posse afferre plenū et absolutum bonuz quod nullo indigeat Tunc autem supple

B. Nonne inquit mōstrauim⁹ ea q appetunt a pluribus Idcirco vera pfectaqz bona nō esse: qm a seinuicē discreparent. cūqz alteri abesset. altez plenū absolutūqz bonū auferre non posse. Tum aūt verum bonum fieri cū in vnam veluti formaz atqz efficientiā colliguntur vt q sufficientia est eadez sit potentia: reuerentia claritas atqz iocunditas. Misi vero vnū atqz idem oīa sint nihil habere quo inter expectāda numerentur B. Demonstratū est inqz nec dubitari vllo modo potest. P. Que igit cum discrepant: minime bona sunt cū vero vnū esse ceperint bona fiūt Mōne hec vt bona sint: vnitatis fieri adeptione contingit. B. Ita inqz videtur. P. Sed omne quod bonū est: boni participatione bonum esse ꝓcedis. an minime. B. Ita est. P. Oportet igit idē esse vnū atz bonū sili rōe ꝓcedas Eadē nāqz substātia

mõstrauim⁹ vnũ vez bonũ fieri cũ colligunt̃ in vnã formã btitudis atq̃ efficiẽtiã. i. in vnã cãm efficiẽtẽ. s. deũ vt q̃ sit sufficiẽtia. eadẽ sit potentia ⁊ reuerẽtia. claritas ⁊ iocũditas. nisi ꝟo oĩa sint vnũ ⁊ idẽ mõstratũ ẽ. ea nihil hr̃e q̃ nũerent̃. i. ꝯputent̃ iter expetẽda. i. desiderãda. Et dt̃ boeti⁹. demõstratũ ẽ inquã nec vllo mõ dubitari p̃t. Ulteri⁹ q̃rit phia. Illa q̃ cũ discrepãt mĩme sũt bona. ⁊ cũ cepint esse vnũ sunt bona. Non ne hec cõtingũt fieri bona adeptõe vnitatis. dt̃ boe. Ita videt̃ inq̃ Et subdit phia sz oẽ q̃d ẽ bonũ ꝑticipatõe boni ꝯcedis eẽ bonũ an mĩme. Et dt̃ Boe. ita ẽ. Tunc phia ex ꝯcessis ꝯcludit maiorẽ dicẽs. igitur sili rõne optet vt cõcedas vnũ ⁊ bonũ eẽ idẽ. Et ꝯfirmat illã ꝯclusionẽ ꝑ locum ab effcũ dicẽs. nãq̃ eadẽ ẽ suba eoꝝ q̃rũ ñ ẽ nat̃alr diuersus effect⁹. qꝛ idẽ inq̃tũ idẽ natũ ẽ facere idẽ. Boeti⁹ ꝯcedẽs dt̃. negare inq̃ neq̃o. ¶ Nota ex lr̃a sic ꝓbat̃ q̃ vnũ ⁊ bonũ sint idẽ. Quecũq̃ nõ sũt bona nisi qꝛ sũt vnũ illa nõ sũt bona nisi adeptiõe vnitatis. sed oĩa sunt bona adeptõe vnitatis. g̃ vnũ ⁊ bonũ sũt idẽ. vel aliter arguit̃ sic. Oĩa sunt bona adeptõe bonitatis oĩa sunt bona adeptõe vnitatis. g̃ bonũ ⁊ vnũ sũt idẽ. Aliã rõez inuit in lr̃a di. Illa sunt vnum q̃ꝝ ñ est diuersus effect⁹. qꝛ idẽ inq̃tũ idẽ nõ facit nisi idẽ. ex. ij. de generatõe. sed vnius ⁊ boni non est diuersus effect⁹. q̃a effectus vtriusq̃ est bonum. g̃ sunt idem. ⁊ hec ꝯclo patet ex. iiij. methaphi. vbi Arist. vult q̃ bonum ⁊ vnũ ꝯuertant̃. ¶ Nosti ne igit̃ ⁊c̃. Hic phia ꝓbat minorẽ. s. q̃ oĩa appetunt esse vnũ ꝑ talem rationem. Unum q̃dq̃ tãdiu manet atq̃ subsistit q̃diu est vnũ. sed omnia nat̃aliter appetunt manere ⁊ subsistere. g̃ omnia appetunt esse vnum. Illius rationis p̃mo declarat maiorẽ. secundo minorez ibi. Est ne igitur. tertio resũpta maiore cõcludit intentum ibi. Si q̃d aũt inq̃t. Primo ergo declarãs maiorẽ q̃ vnumquodq̃ tamdiu manet quãdiu est vnum. dicit. Nosti o Boeti oẽ quod est tãdiu manere atq̃ subsistere q̃diu sit vnuz ⁊ cũ destiterit. i.

ẽ eoꝝ quoꝝ nat̃alr nõ ẽ diuersus effect⁹. B. Negare inq̃ neq̃o. P. Nosti ne igit̃ inq̃t oẽ q̃d ẽ. tãdiu manere atq̃ subsistere q̃diu sit vnũ. sed iterire atq̃ dissolui pariter atq̃ vnuz. esse destiterit. B. Quonaz mõ. P. Ut in aĩalib⁹ inq̃t cũ in vnũ coeunt ac ꝑmanẽt aĩa corpusq̃. id aĩal vocat̃. Cũ ꝟo hec vnitas vtriusq̃ separatiõe dissoluit̃. iterire nec iã eẽ animal liquet. Ip̃m quoq̃ corp⁹ cũ in vna forma mẽbroꝝ cõiũctiõe ꝑmanet humana visitur species. At si distribute segregateq̃ partes cor/

desinit esse vnũ pariter ꝯtingit dissolui atq; interire. q̃rit boe. Quonam mõ ph̃ia declarat i exẽplo dicẽs. In aialib. h̃ ptz cum aia ⁊ corp⁹ i vnuz coeunt atq; ꝑmanẽt vnum. illud vnũ vocat̃ aial. cũ ꝟo hec vnitas dissoluitur sepatõe vtriusq; sup. aie ⁊ corpis. liq̃t. i. manifestũ ẽ. aial interire et nõ iã eẽ aial Ponit aliud exẽpluz ip̃m etiã corpus humanuz cum ꝑmãet

poris distraxerint vnitatẽ, desini eẽ qd̃ fuerat. Eoq; mõ ꝑcurrẽti cetera ꝑculdubio patebit subsistere vnum qd̃q; dũ vnũ est. Cũ deo vnum esse desinit esse interire. B. Cõsiderãti inq̃ mihi plura mime aliud videt̃. P. Est ne igit̃ inq̃t qd̃ inquãtũ naturaliter agat relicta subsistendi appetẽtia venire ad interitũ corruptionemq; desiderent. B. Si aialia inquã ꝯsiderẽ, q̃ hñt aliquã volẽdi nolẽdiq; naturã. Nihil iuenio qd̃ nullis extra cogẽtib⁹ abijciãt manendi intẽtionẽ ⁊ ad iteritũ spõte festinẽt. Oẽ nãq; aial tueri salutem laborat mortem. vero perniciemq; deuitat. Sed q̃d de herbis arboribusq; : q̃d

in vna forma ꝯiũctõne mẽbroꝝ. tũc visit̃ id ẽ videtur humana spẽs. sz si ꝑtes corꝑis distribute ⁊ segregate. i. septe ab inuicem distraxerint vnitatẽ corpus desinit eẽ q̃d fuerat eodẽ mõ ꝑcurrenti cetera ꝑculdubio patebit vnũq̃dq; subsistere. i. ꝑmanere dum ẽ vnuz. cũ ꝟo desinit esse vnuz interire videt̃. Et dicit Boeti⁹ mime inquã videt̃ mihi aliud ꝯsiderãti plura.

mō magis vniuersali cōp̄hendit q̄d inferior mō magis ꝑticulari lz ñ econuerso. iō q̄ potest intelligētia hūana cōp̄hēdere. pōt ⁊ diuina intelligentia. licet non econuerso.

¶ Rō q̄z cū q̄d vl'e respicit. Hic oñdit idē de rōne. ꝙ sicut intelligētia cōp̄hendit alias tres ꝟtutes inferiores. sicetiā rō cōp̄hēdit sub se alias duas ꝟtutes. s. imagiationē ⁊ sensuz dicēs ꝙ cum ratio respicit. id ē cognoscit q̄d vniuersale non vtēs imaginatione nec sensib⁹ ⁊ cōp̄hendit imagiabilia ⁊ sensibilia vniuersali comp̄hēsione hec eñ est ratio q̄ ita definit vl'e sue conceptionis. hō est aīal bipes rationale. que diffinitio cū sit vl'is noticio. i. notificatio tūc null⁹ etiam ignoratrem eē imaginabilem ⁊ sensibilez. q̄ hac diffinitiōe explicatur. Illa ratio considerat vniuersale ñ vtens imaginatione vel sensu. sed rationali cōceptione. Tunc oñdit ꝙ sicut ratō cōprehendit imaginationē ⁊ sensū. sic imaginatio sensum comprehendit dicēs. imaginationem q̄z tametsi ꝑ q̄uis sumpsit exordium ex sensibus visendi ⁊ formandi figuras. tñ absente sensu exteriori imaginatio collustrat id est cognoscit queq̄ sensibilia nō sensibili sed imaginaria ratione iudicandi. ⁊ tunc concludit dicens. Uides ne igitur quō cuncta poti⁹ vtant̄ sua. i. ꝓpria facultate in cognoscēdo q̄ facultatem eoꝝ q̄ cognoscuntur.

Ratio quoq̄ cū q̄d vniuersale respicit. nec imaginatōe nec sensib⁹ vtēs imaginabilia vl' sensibilia comprehendit. Hec est eñ q̄ cōceptōnis sue vniuersale ita definit. hō est aīal bipes rōnale. q̄ cū vniuersalis notio sit: tñ imaginabilem sensibilēq̄ esse rem null⁹ ignorat ꝙ illa non imaginatione vel sensu: sz rōnali cōceptione cōsiderat Imaginatio quoq̄ tametsi ex sensib⁹ visendi formandiq̄ figuras sumpsit exordiū sensū tñ absente sensibilia queq̄ collustrat: nō sensibili sed imaginaria rōne iudicandi. Uides ne igitur vt in cognoscendo cuncta sua potius facultate q̄ eorū que cognoscuntur vtantur.

¶ Notandū ꝙ licet ratio in cōp̄hēdēdo suū vl'e nō vtat̄ imaginatiōe ⁊ sensu. tñ in actu suo p̄supponit imaginationē ⁊ sensum. q̄z nihil est in intellectu nisi fuerit i sensu. Sil'r lz imaginatio in sua opatiōe nō vtat̄ sensū. tñ p̄suppōit sensū fuisse in actu. q̄z fantasia quā h̄ vocat imaginatōez est mo

tus factus a sensu ꝑm actū. ij. de aīa. ¶ Neq; id iniuria. Hic confirmat dictū suū ꝑ rōez di illd. s. res cog̃scit ñ ꝑm sui naturā sz ꝑm nat̃az cog̃scētis illud nō cōtingit iniuria. i. irrōnabilr. Nā cū oē iudiciū cognitiōis sit act⁹ ⁊ opatio iudicantis. i. potentie cognoscitiue necesse est vt q̃sq; cognoscens ꝑficiat suā operā. i. suā opationē cognoscēdi. nō ex aliena ptāte. s. rei cognite. sed ex ꝓpria ptāte. i. ex virtute cognoscētis

¶ Notandū ꝙ ex lr̃a formatur talis ratio Oīs actus ⁊ opatio sequitur conditionez illius potentie c⁹ est act⁹ ⁊ opatio. sed iudicare siue cognoscere ē actus ⁊ operatio potentie cognoscētis et non rei cognite. ergo iudicare ⁊ cognoscere sequit̃ modum et cōditionem potentie cognoscētis ⁊ nō rei cognite.

¶ Metrum quartum quinti libri

Neq; id iniuria. Nā cū om̃e iudiciū iudicantis actu existat necesse est vt suā quisq; operam nō ex aliena sed ex propria potestate ꝑficiat.

Metrum quartū quinti libri.

Uondam porticus attulit
Obscuros nimium senes
Qui sensus et imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi
Ut quondam celeri stilo
Mos est equore pagine
Que nullas habeat notas
Persas figere litteras

Uondā portic⁹ attulit. Istud est metrū q̃rtū hui⁹ quinti q̃d dicit̃ gliconicū ab inuentore. coriambicū a pede p̃dñante. In quo metro improbat opinionē stoicoꝝ ex q̃ videtur sequi contrariū dictis suis. fuit em̃ opinio stoicoꝝ ꝙ cognitō intellectiua solū ꝑficeret̃ ex hoc ꝙ corpa exteriora suas sil̃itudines imprimant in mente. ita vt mens solū se habeat in ratione patientis. ⁊ res extra in ratione agentis. Ex q̃ sequit̃ cum patiens trahatur ad naturā agentis ⁊ non econuerso. ꝙ cognitio seq̃retur naturam rei cognite ⁊ non naturam cognoscentis. quod est contra dicta. Primo g̃ ponit opinionem stoicoꝝ. secundo improbat eam. ibi. Sed mens. Primo dicit. Quondam porticus attulit. senes sup. stoicos q̃ dicebantur senes ꝓpter maturitatem moꝝ. senes inq̃ nimium obscuros sup. in sententijs. q̃ stoici credunt sensus ⁊ imagines. i. rerum sensibilium formas imprimi mentib⁹ ex corpib⁹ extimis. i. exterioribꝰ. ⁊ posuerūt illa corpora eo modo imprimere imagines mentibus vt quōdā mos fuit alicui scribenti celeri stilo figere pressas litteras equore. i. in planicie pagine que

Metrum quartum

pagina nullas prius notas habeat. ¶ Notandū q̄ stoici dicuntur a stoa greece quod est porticꝰ latine. qz athenis i manifestissima portico ⁊ alijs locis publicis stoici disputare solebāt illi posuerūt aiam tm̄ hr̄e se in ratiōe patientis respectu rerum exteriorum. et quia cognitio magis videtur seq̄ virtutem actiuā q̄ passiuā. iō fm̄ eos cognitio potiꝰ debet attendi fm̄ facultatem rei cognite q̄ est actiua q̄z anie cognoscentis que est passiua.

Sed mens si proprijs vigens
Nihil motibus explicat
Sed tantum patiens iacet
Motis subdita corporum
Lassasq̄ in speculi vicem
Rerum dedit imagines
Unde hec si animis viget
Cernens omnia notio
Que vis singula prospicit
Aut que cognita diuidit
Que diuisa recolligit
Alternumq̄ legens iter
Nunc summis caput inserit
Nunc decidit in infima
Tum sese referens sibi
Veris falsa redarguit

¶ Sed mens. Hic improbat hāc opinionem. secundo ponit suam veritatē ibi. Hec est efficiēs Primo q̄ deducit ad plura inconuenientia istam opinionē dicēs Sed si mens vigēs nihil explicat ppr̄ijs motib⁹. t. si nulla actione ppr̄ia hz. sed tm̄ iacet patiēs. subdita motis .i. similitudinib⁹ corporuz. ⁊ sic ipa redd̄it. id est repñtat cassas imagines rerum id ē similitudines in vicem speculi. i ad modum speculi. Tūc q̄rit ur vnde viget hec noticio. i. cognitio animis. q̄ anima est cernens oia non tm̄ corporalia sed etiam incorporalia.

¶ Notandum q̄ primum inconueniens est si cognitio intellectiua fieret per solam impressionem corporum in anima tunc non esset virtus per quam anima cognosceret incorporalia. quia p̄ solā impssionē corpoz tātū cognosceret corpalia. Hūc gūt manifestū est q̄ etiā incorpalia cognoscit. Aliud inconueniens ponit dicens Si aia tm̄ est passiua que vis anime singula prospicit .i. iudicat aut q̄ vis aie cognita diuidit aut diuersa recolligit aut q̄ vis aie legens. i. appreh̄ēdens alterū iter cōponēdi et diuidēdi

nunc inserit caput sūmis .i. generalissimis ascendendo a specialissimis ad generalissima colligēdo m̄ltitudinē. ⁊ nūc decidit vel decedit ꝑm aliā literā id ē cadit in infima .i. in specialissima ꝓcedēdo a generalissimis ad specialissima diuidēdo. Tū .i. tādē aīa referēs .i. ꝯparās sese sibi redarguit falsa veris .i. ꝑ vera. ¶ Notandū ꝙ ex lr̄a talis format rō. Illa aīa ñ ē tm̄ passiua sed actiua q̄ iudicat ⁊ cōponit ⁊ diuidit et veris falsa redarguit. sed aīa intellectiua est hmōi. ergo. Maior nota est. qr iudicare cōponere et diuidere redarguere vident eē opatiōes actiue. Minor apparet. aīa iudicat inter verū ⁊ falsum. cōponit p̄dicatū cuz subiecto aliqñ diuidit p̄dicatum a subiecto ⁊ falsas opiniōes redarguit.

Hec est efficiens magis
Longe causa potentior
Quod que materie modo
Impressas patitur notas
Precedit tamen excitans
Ac vires animi mouens
Viuo in corpore passio
Cum vel lux oculos ferit
Vel vox auribus instrepit
Tum mentis vigor excitus
Quas intus species tenet
Ad motus similes vocans
Notis applicat exteris
Introrsumq; reconditis
Formis miscet imagines

¶ Hec ē efficiēs magis. Hic phia ponit veritatem dicēs. Hec mens est magis cā efficiēs q̄ ē cā longe potentior q̄ illa que mō materie .i. similitudine materie patit̄ notas impssas. Et qr aliquis crederet ꝙ ī aīa nulla eēt passio. ideo subdit quedam passio precedit operationes anime in viuo corpore excitans ⁊ mouens vires animi ad operandum. vt quando lux ferit oculos tunc patitur visus. vel cum vox instrepit id est insonuit auribus tunc patitur auditus. et tandem vigor mentis excitus. id est excitatus vocans species quas intus tenet ad similes motus applicat eas motus exteris id est similitudinibus exterioribus et miscet id est applicat imagines exteriores corporum. formis id est speciebus. introrsum. id est in anima reconditis.

¶ Notandū ꝙ boe. hic vtit̄ snīa platonica q̄ ponit spēs rerꝝ a principio naturaliter inditas aīe. Sed aīa sopita est in corpe ita ꝙ non intelligit ꝑ eas nisi excitetur ꝑ īmutationem sensuū exteriorum. excitata aūt euocat speciē similem illi quam sensus exterior impressit ⁊ applicando eam rei exterior

sic intelligit p eã. Ad hãc intentionẽ etiã loquit linconiensis prio posteriorũ dicẽs. Rõ in nobis sopita nõ agit nisi pri⁹ p opatões sensuũ qbꝫ admiscet fuit exprecta. ¶ Notandũ q ex lr̃a videt q intellect⁹ possibilis intelligẽdo etiã sit actiuus cũ sit cã efficiens. vt dt in lr̃a. Aristo. aũt iij d aĩa vult q intelligere sit pati. ⁊ q ĩtellect⁹ nullã hꝫ naturã nisi q est possibilis vocatus. Ad hoc dicunt aliq q qꝛ aĩa cõprehẽdit taꝫ ĩtellectũ possibilẽ q̃ agẽtẽ in aĩa est actiua imo cã effectiua intellectõis rõne intellect⁹ agẽtis sed est passiua rõne ĩtellect⁹ possibilis. vl dicendũ q intellect⁹ possibilis est potẽtia passiua saltẽ q̊ ad p̃mũ eius actũ cũ ĩtelligere sit pati. sed oĩs potẽtia passiua d necessitate reqrit potentiã actiuã q̃ reducat ipsam ad actũ. Tale aũt actiuũ nõ põt eẽ res corporalis extra. cũ agẽs sit p̃stantius passo. iõ tale actiuũ ex pte aĩe erit ĩtellect⁹ agẽs cui⁹ opatio ẽ facere potentia intellecta actu intellecta. ita q a rebꝫ extra ꝑtutẽ intellect⁹ agẽtꝫ imprimit aliq̃d intellectui possibili p q̊d in actũ intelligẽdi reducit. Nõ ẽ g̊ intẽtio Boetij negare q̃n mẽs sit passiua rõne intellect⁹ possibil sed vult q mẽs sine aĩa magis habeat efficientiã in intellectõe q̃ sit passiua ab ipsis corpibꝫ extra. ⁊ p ꝯñs efficientia intellect⁹ nõ debet attribui rebus extra quod erat de intentõe stoicorum.

Prosa quinta libri quinti

Vod si in corpib⁹ sentiẽdis q̃uis afficiãt instrumẽta sensuũ forinsecus obiecte qualitates aĩq̃ agentis vigorẽ passio corpis añcedat. q̃ in se actũ mẽtis prouocet. excitetq̃ interim q̃escẽtes intrinsecus formas. si in sentiẽdis inq̃ꝫ corpib⁹ anim⁹ nõ passione insignitur. sed ex sua vi subiectã corpori indicat passionem quãto magis ea que cunctis corporum affectionibus absoluta sunt. i discernẽdo nõ obiecta extrin

Prosa q̃nta li. quinti.

Vod si in corpibꝫ sentiendis. ¶ Hec est q̃nta ꝓsa hui⁹ q̃nti libri In q̃ ꝓbat spãliter diuinã cognitiõeꝫ eẽ s̃m modũ cognoscẽtꝫ et nõ rei ꝯgnite. Scdo oñdit insufficiẽtiã eoꝝ q̃ ex nr̃o mõ cognoscẽdi improbat ꝓuidẽtiã diuinã. ibi. Quid igit. Prio facit q̊d dictũ ẽ. secundo infert duas ꝯclusiões. ibi. Hac itaq̃. Prio dt. Si in sentiendis. i. in ꝯgnoscẽdis corpibꝫ anim⁹ nr̃ nõ tm̃ ĩsignit. i. afficit passiõe corpis. sed ex sua vi iudicat passionẽ subiectã corpi ita q in cognoscẽdo sequit ꝓpriuꝫ motũ q̃uis q̃litates obiecte forinsec⁹ afficiãt. i. ĩmutẽt. instrumẽta. i. organa sensuũ ⁊ passio corpis añcedat vigorẽ agẽtꝫ ani. q̃ passio ꝓuocꝫ actũ

metz in se. z excitet formas intrinsecas ḡ escētz. Si h est in aīo nr̄o mltoma
gis ea q̄ absoluta sunt cunctis affectionib⁹ .i. q̄litatib⁹ corpor. Sicut itelli
gentie sepate z p̄cipue de⁹. illa in discernēdo nō sequunt obiecta extrinse/
cus. sed expedit ut. i. pficiūt actū sue mētz. i. operationē intellectiuā fm natu/
rā ppriā. ¶ Notandū q̄ ex hīs pōt sic argui. Si id de q̄ min⁹ videt ineē in/
est z de q̄ magis sed
min⁹ videt q̄ anim⁹
nr̄ in ogscēdo sequat
motū suū z nō rei co
gnite z ñ sequit fa/
cultatē sue cognitōis
cū ipsi⁹ rei ognite
¶ Hac itaq̄ ratione
Hic infert duas cō
clusiones ex p̄missis
dicēs. Ex q̄ cognitō
sequit naturā ogno/
scētis z ñ rei cognite
z cū ognoscētia sint
diuersa fm naturaz
oportz diuers⁹ ognos/
centib⁹ puenire di/
uersas cognitiones.
vñ ōr. Hac itaq̄ ra
tione. qr cognitio se/
quit naturā cogno/
scentis. multiplices
cognitiōes cessere. i.
cesserunt diuersis ac
differētib⁹ substātijs
sensus eñ sol⁹ desti/
tut⁹ alīs ognitioni/
bus cessit alantibus
secus sequūt: sz actū sue mentis ex/
pediūt. Hac itaq̄ rōne multiplices
cognitōes diuersis ac differētib⁹ ces/
sere substātijs. Sensus eñ sol⁹ cun
ctis alijs cogitatōibus destitut⁹ im
mobilibus animātibus cesset: qua
les sunt conche maris, queq̄ alia
saxis herentia nutriunt. Imagina/
tio vero mobilibus beluis, quibus
iam ineſſe fugiendi appetēdiue ali/
q̄s videtur affectus. Rō ꝺo hūani
tantum generis est sicuti intelligen
tia sola diuini: Quo fit vt ea noti/
cia ceteris pstet que suapte natura
non mō propriū sed ceteraꝝ quoq̄
noticiaꝝ subiecta cognoscit. Quid
igitur si ratiocinatōi sensus imagi/
natioq̄ refragentur, nihil eñ illud

īmobilib⁹. quales sunt conche maris. z q̄ cunq̄ nutriunt herentia saxis.
Imaginatio ꝺo cessit mobilib⁹ beluis q̄ mouent motu ꝓgressiuo. ḋ⁹ vi/
d⁹tur ineſſe affect⁹. i. appetit⁹ fugiēdi malū. vel appetēdi bonum. Rō ꝺo
p quā ꝺōhēdim⁹ vle eñ est hūani generis. sicut intelligentia ē diuīni ge
neris. Tūc ponit scōam ꝺclusionē q̄ illa cognitio ē notior z nobilior que
nō solū appōhēdit ppriū obiectū. sed etiā obiecta alia ꝓ noticiaꝝ. i. cognitio
nū. Vñ ōr. Quo fit vt eo noticia. i. cognitio pstet. i. nobilior sit ceteris que
suapte natura id est ppria natura non modo. i. non tantūmodo ppriuz ob
iectum cognoscit. sed etiam cognoscit subiecta ceterarum noticiarum.

Prosa quinta

¶ Nota circa primā conclusionē ꝙ cum actꝰ ⁊ operationes diuersificentꝰ ſm diuersitatem agentium ⁊ opantium. sequitꝰ si agētia ⁊ opantia sint diuersa ꝙ habeant diuersas opationes ⁊ cognitiones ꝓpter quod sensus sine aliis cognitionibꝰ cessit aialibꝰ immobilibꝰ. ⁊ accipitur hic sensus stricte ꝑ apprehensione sensitiua q̄ solū imutatur ad p̄sentiaꝫ sensibilis. Sic eñ distiguitꝰ ꝯ imaginatōneꝫ q̄ non tm̄ apprehendit presentem sed etiā absentē.

vniuersale dicētes ꝙ sese intueri rō putet. Qd eñ sensibile vl̄ imaginabile est id vniuersū esse nō posse aut igitur rōnis veꝝ esse iudicium. nec quicquā esse sensibile: aut quoniaꝫ sibi notū sit plura sensibꝰ ⁊ imaginationi esse subiecta. inanem ꝯceptionē esse rōnis q̄ qd sensibile sit ac singulare quasi quoddā vniuersale consideret. Ad hec si ratio cōtra respondeat se quidem ⁊ quod sensibibile ⁊ quod imaginabile sit vniuersitatis rōne conspicere. Illa vo ad vniuersitatis cognitionem aspirare non posse. quoniam eorum notio corporales figuras nō possit ex

¶ Notādū circa secundā cōclusionē ꝙ q̄cunq̄ potētia plura cognoscit videtur eē p̄stantior ea q̄ cognoscit pauciora. si ḡ aliqua potētia ꝯgnoscit propriū obiectuꝫ ⁊ cū hoc obiecta aliarū potentiaꝝ inferiorum sicut est intelligentia diuina. ⁊ nō econuerso. sequitur ꝙ potentia superior plura cognoscens sit nobilior inferiori

¶ Quid igitur.

Hic philosophia ostendit insufficientiam eorum que ex modo cognoscendi nostro improbant diuinam prouidentiam. Secundo hortatur nos ad considerandum modum diuine cognitionis ibi. Quare in illius. ¶ Primo manifestat insufficientiam eorum per simile. ¶ Secundo applicat illud simile ad propositum. ibi. Simile est. Similitudo autem quam intendit talis est Sensus et imaginatio sunt cognitiones inferiores q̄ ratio. Si ergo sensus et imaginatio vellent iudicare modum recognoscendi rationis ex modo cognoscendi proprio ⁊ dicere ꝙ vniuersale nihil esset quod ratio apprehendit. vel si verum esset iudicium rationis vel esset particulare ⁊ sensibile. ratio vo diceret cōtrarium. Manifestum est ꝙ nos qui vigemus

vtraq̃ cognitione poti⁹ assentirem⁹ rõni iudicãdo motiuũ sensus ⁊ imaginationis esse insufficẽs. Dicit ḡ Quid igitur si sensus ⁊ imaginatio refragent̃. i. ꝯdicant rõni dicẽtes nihil esse vl̃e id qd̃ rõ putat sese intueri sic arguendo. Qd̃ est em̃ sensibile aut imaginabile id ñ posse eẽ vniuersũ. i. vl̃e ꝑm iudiciũ sensus ⁊ imaginationis. Aut igit̃ iudiciũ rõnis necesse ẽ esse verũ. ⁊ ꝑ ꝯñs nec q̃cq̃ eẽ sensibile. q̃d est absurdũ. aut qm̃ notum sit sibi supple sensui et imaginatõi plura eẽ subiecta sensibus ⁊ imaginatiõi que necesse sũt eẽ sensibilia. Crederes ne conceptionẽ rationis esse inanẽ que cõsideret illud qd̃ sit sensibile ⁊ singulare quasi q̃ddã vl̃e. Ad hec si ratio respondeat se conspicere in ratione vl̃i qd̃ sit sensibile et imagiabile. Illa ꝟo scz sensum ⁊ imaginationẽ ñ posse aspirare. i. ꝑuenire ad cognitionẽ vniuersitatis. i. notio vl̃is. qꝛ cognitio eoꝝ nõ possit excedere figuras corporales diceret ratio poti⁹ eẽ credendũ firmiori ⁊ ꝑfectiori iudicio reꝝ. In huiusmodi igit̃ lite. s. inter sensuz ⁊ imaginationẽ ex vna ꝑte ⁊ rationẽ ex altera ꝑte nos q̃bꝫ inest tã vis ratiocinãdi q̃ꝫ imaginãdi ⁊ sentiẽdi nonne poti⁹ ꝓbarem⁹ cãz rationis ⁊ reputarem⁹ motiua sensus ⁊ imaginationis eẽ isufficiẽtiã. q. d. imo. ¶ Nota q̃ iudicio nobilioris potẽtie poti⁹ est astãdũ q̃ꝫ iudicio potẽtie ignobilioris. cũ igit̃ ratio sit potẽtia nobilior q̃ꝫ sensus ⁊ imaginatio. eo q̃ recomp̃hẽdit ꝓpriũ obiectum ⁊ obiectũ sensus ⁊ imagiationis. ⁊ ñ econuerso. ḡ poti⁹ stãdũ ẽ iudicio rationis q̃ꝫ potẽtiaruz iferioꝝ. ¶ Sil̃e ẽ q̃ hũana ratio. Hic applicat illd̃ sil̃e ad ꝓpositũ. ⁊ dẽ Illd̃ q̃d ẽ dictũ de sensu ⁊ imagiatione respectu rationis sil̃e ẽ ei q̃ hũana ratio ñ putat diuinã intelligẽtiã intueri nisi vt ipa ratio ꝯgscat q̃d appa-

cedere. De reꝝ ꝟo cognitõe firmiori poti⁹ ꝑfectioriq̃ iudicio esse credendũ. In hmõi igitur lite nos quibus tam rõcinãdi q̃z imaginãdi etiam sentiendiq̃ vis inest. nõne rationis potius causam probaremus.

Simile est q̃ hũana ratio diuinã intelligentiã futura nisi vt ipa cognoscit non putat intueri. Nam ita disseris. Si qua certos ac necessarios habere nõ videant̃ euẽt⁹. ea certo euentura ꝑsciri nequeũt Harum igitur reꝝ nulla est ꝑscientia quã si etiã in his esse credamus. nihil erit qd̃ nõ ex necessitate proueniat. Si igitur vti rõnis participes sumus

ret ex ipso mõ arguendi. Nã ita disseris. i. arguis si q̃ nõ videant nõ hr̃e certos ⁊ necessari⁹ euẽt⁹. talia neq̃unt p̃sciri certo euẽtura. Igit̃ taliũ rer̃ nulla ẽ p̃scia quã. s. p̃sciam si credam⁹ eẽ in his nihil erit q̃d nõ ꝓueniat ex necessitate. Si igit̃ sicut sum⁹ participes rõnis. ita possemus hr̃e iudicium diuĩe mẽtis sicut nũc iudicauim⁹ imaginatiõez ⁊ sensuz oꝑtere cedere rõni. si cẽserem⁹. i. iudicarem⁹ iustissimũ hũanaz rõez sese submittere diuĩe mẽti. ¶ Notãdũ ꝙ sil̃e ẽ de iudicio sensus ⁊ imaginatõnis respectu rõnis ⁊ rõnis respectu intelligẽtie diuine. Nam sensui et imaginatõi videt̃ ꝙ rõ al̃r non possit ꝯp̃hendere rẽ nisi sic̃ ipsa ꝯp̃hẽdit q̃d tñ falsuz ẽ. Sic sil̃r videt̃ rõni hũane ꝙ intelligẽtia diuĩa ñ possit res incertas cognoscere al̃r q̃ ipa ꝯgnoscit q̃d falsũ est. Nã q̃ rõ hũana ĩcerte cognoscit intelligentia diuĩa certa ꝯp̃hẽdit.

ita diuine iudicium mentis habere possem⁹. sicut imaginatõez sensũq̃z rõni cedere oportere iudicauimus sic diuĩe sese menti hũanã submittere rõnez iustissimũ censerem⁹. Quare in illi⁹ summe intelligentie cacumen si possum⁹ erigamur. Illic eñ rõ videbit q̃d in se nõ p̃t intueri Id aũt est quonã mõ etiã q̃ certos exit⁹ non habent. certa tñ videat ac definita p̃notio. neq̃z id sit opinio. sz sũme potius scientie nullis terminis inclusa simplicitas.

Metrum q̃ntum libri quinti.

Uam varijs terras animalia permeant figuris.

¶ Quare in illius summe intelligentie

Hic ph̃ia hortat̃ vt erigamus nos ad cognitionẽ diuine ĩtelligẽtie dicẽs. Quare si possim⁹ erigamur ꝑ diligentẽ ꝯsiderationẽ in cacumẽ illi⁹ sũme intelligẽtie sup. diuĩe. Illic eĩ rõ videbit q̃d ĩ se ñ p̃t intueri. s. quõ certa et diffinita p̃notio d̃i ꝯg̃scat illa q̃ ñ hñt certos exit⁹. ⁊ illud ñ sit opinio. sz poti⁹ sit simplicitas sũme scĩe nullis terminis ĩclusa. qꝛ simplicitas summe sapie ẽ ĩfinita. ¶ Notãdũ ꝙ si ꝯgnitio seq̃ret̃ facultatẽ rei ꝯgnite ⁊ iõ ꝑtutꝫ ꝯg̃scẽtꝫ. tũc sic̃ rõ hũana ꝯg̃scit fut̃a ꝯtigẽtia incerte. Sic sil̃r intelligẽtia diuĩa ea ĩcerte ꝯgnosceret. Sz qꝛ facultas ꝯgnitionũ ẽ s̃m facultatẽ ꝑtutũ ꝯgnoscẽtiũ. ⁊ ĩtelligẽtia diuĩa ĩ cognoscẽdo excedit rõnez hũanã poterit ipsa certe cognoscere q̃ rõ hũana incerte cognoscit.

Metrum q̃ntum libri q̃nti.

Uã varijs terras. Hic ĩcipit q̃ntũ metr̃ h⁹ q̃nti q̃d d̃r archilogicũ

ab inuētore. dactilicū a pede p̄dñante. In q̄ oñdit hoīem esse dispositum ad contēplationē celestiū ex figura corpis sui. ⁊ primo describit figuram corpalē aliarū bestiarū. Secundo figuram hois. ibi. Unica gens. Prio dicit anialia ꝑmaneant terras q̄ varijs. i. valde varijs figuris nāq̄ alia aialia extēto corpe sic sūt ꝓpētes. ⁊ reptilia illa verūt. i. ꝟtūt puluerē ⁊ icitata. i. mota vi pectoris trahūt ꝯtinuū sulcū sup. in puluere. Sūt alia anialia q̄b⁹ inest vaga leuitas alaruz q̄ ꝟberet vētos. ⁊ enatet. i. trāsiet liq̄do volatu spacia lōgi etheris. i. aeris. sūt alia q̄ gaudent vestigia p̄ssisse solo. i. terre gressibus suis ⁊ trāsmittere. i. ꝑtransire virides cāpos. ⁊ gaudēt subire siluas q̄ oñia anialia lz videas ea discrepare varijs formis tñ facies eoruz ꝓna. i. ad terrā iclinata valz ingrauare. i. ingrauatos oñdere sēsus hebetes. i. brutales. ¶ Nota q̄ ꝑhia tāgit tria genera aialiuz. s. reptilia. volatilia. et gressibilia. q̄ lz differāt i formis. q̄r q̄daz formant̄ ad reptādū vt ꝓpētes. q̄dā ad volādū vt aues. q̄dā ad g̃diēduz vt bestie. tñ in hoīa cōueniunt q̄ hñt faciē iclinatā ad terrā ¶ Unica gēs hoīm. Hic describit figurā hoīs di. Unica gēs hoīm. i. solū gen⁹ hūanū. leuat celsū cacumē. i. caput suū alti⁹. ⁊ lei

Nanq̄ alia extento sunt corpe pulueremq̄ verunt
Continuum trahunt vi pector incitata sulcum
Sunt quibus alarum leuitas vaga verberetq̄ ventos
Et liquido lōgi spacia etheris enatet volatu
Hec pressisse solo vestigia gressibus gaudent
Vel virides campos transmittere vel subire siluas
Que varijs videas licet oñia discrepare formis
Prona tamen facies hebetes valet ingrauata sensus
Unica gens hominum celsuz leuat altius cacumen
Atq̄ leuis recto stat corpore despicitq̄ terras
Hec nisi terrenus male desipis admonet figura
Qui recto celum vultu petis exerisq̄ frontem

uis stat recto. i. erecto corpe. ⁊ despicit terras vultu eleuato ad celũ. tu hõ terren⁹ q̃ recto vultu petꝫ celũ. ⁊ exerꝫ. i. erigꝫ frõtẽ. hec recta figura admonet te ꝙ tu male desipis. nisi etiã feras. i. extollas aĩm tuũ i sublime i. ĩ celestia ne mẽs g̃uata. i. g̃uedĩe depssa. pessũ. i. sub pedib⁹ vl' subt⁹. ⁊ ẽ pessũ aduerbiũ loci. ne illa mẽs sidat. i. resideat. iferior corpe leuato celsi⁹. ¶ Nota cũ hõ hẽat figurã corpis erectã ad celũ si aĩa ñ erigeret ad cõtẽplatõez celestiũ videret corp⁹ eẽ nobilius aĩa. ¶ Notãdum ſm Arist. i. xvi. d aĩa lib⁹. hõ iter oĩa aĩalia hẽat figurã rectilinearẽ de q̃ figura etiaz loquit ouidi⁹ i li. methamorphoseos di. Pronã cũ spectãt aĩalia cetera terraz. Os hoĩ sublime dedit celũq; videre Jussit ⁊ erectos ad sidera tollere vult⁹.

In sublime feras animuz quoq; ne grauata pessum.

Inferior sidat mens corpore celsius leuato.

Prosa sexta quĩti libri.

Uoniã igit vti pauloante mõstratũ ẽ. oĩne qd scit. nõ ex sua sz ex ꝯphendẽtiũ nata cognoscit. intueamur nũc q̃tuz fas ẽ q̃s sit diuĩe substãtie stat⁹ vt q̃ nã etiã scia ei⁹ sit possim⁹ agnoscere. Deũ igit eternuz esse cunctoꝝ rõne degentiũ cõmune iudiciũ est. Quid sit igit eternitas ꝯsiderem⁹. Hec em̃ nobis naturã ꝑiter diuinã scitiẽtiãq; patefacit.

Prosa sexta. v. libri

Uoniã igitur vti pauloante

Hic ĩcipit sexta ꝓsa ⁊ vltĩa hui⁹ q̃nti in q̃ determĩat ꝟitatẽ d cõpassibilitate p̃scie diuĩe ⁊ liberi arbitrij ⁊ prĩo ponit suã determinatõnez. scdo subiũgit vtilẽ exhortatõez circa finẽ li. ibi Auersami igit. Prĩo oñdit moduz diuĩe cognitõis. scdo soluit obiectões factas ꝯ diuinã ꝓuidẽtiã. tertõ cõcludit cõpassibilitatẽ liberi arbitrij cũ ꝓuidẽtia diuĩa. scda ibi Quid igit postulas. tertia ibi. Que cũ ita sint. ꝑmo det̃minat d statu q̃ ẽ et̃nitas. secũdo ex h̃ declarat modũ diuĩe scĩe. ibi. Qm̃ igit oẽ iudiciũ. prĩo p̃mittit ꝙ det̃minãdũ sit d et̃nitate. scdo det̃miat. ibi. Et̃nitas igit ẽ int̃minabil' Prĩo dt. Qm̃ mõstratũ ẽ pauloañ ꝙ oẽ q̃d scit cog̃scit ñ ex sua nata. i ñ ex nata rei scite. sz ex nata cõphẽdẽtiũ. i. cog̃scentiũ intueamur nũc q̃tũ fas ẽ. q̃s sit stat⁹ dĩne eẽntie vl' subẽ. vt possim⁹ ag̃scere q̃ sit ei⁹ scĩa. ⁊ subdit ꝙ coẽ iudiciũ cũctoꝝ degentiũ. i. vtẽtiũ rõne ẽ deũ eẽ eternũ iõ cõsiderem⁹ q̃d sit eternitas. hec em̃ nob patefacit naturã ⁊ diuinã sciam. ¶ Notãdũ ꝙ viri degẽtes rõne sũt viri p̃diti luce sapie. ⁊ oẽs isti cõcedũt deũ eẽ eternum. Nam philosophus octauo phisicorum. ex eternitate motus ostẽdit eternitatẽ motoris. Et omnes tam greci q̃ barbari putãtes deos esse

estimant eos immortales. ¶ Notandū q̄ q̄r eternitas dei ⁊ natura et scia dei ñ dr̄nt ꝑm substātiā. iō cognita eternitate cognoscit̄ nat̄a ⁊ scia dei

¶ Eternitas igit̄ ē. Hic ꝓsequitur de eternitate. Et prīo ponit eiꝰ diffinitionem scd̄o declarat eam. ibi. Quod ex collatione. Primo d̄t. Eternitas est possessio vite interminabilis exñs tota sil̄ ⁊ ꝑfecta ¶ Nota ꝑm Albertū sup̄ li. de cauꝭ.

Aliq̄d ē eternū. ⁊ est in eternitate. ⁊ ē ipsa eternitas sicut deus. Aliq̄ sunt eterna et sunt in eternitate. ꝫ non sunt ipsa eternitas. sicut substātie separate. Alia sūt eterna non in eternitate nec sūt ip̄a eternitas vt modus tempus ⁊ mūdus.

¶ Notandū q̄ dic̄ eternitas ē possessio vbi vtit̄ noīe possessionis ad desig̃ndum īmutabilitatem ⁊ īdeficientiā eternitatꝭ q̄r ipsa firmiter possidetur ⁊ q̄ete hr̄. ⁊ d̄t vite ad innuendum q̄ nō viuētia nō mēsurantur eternitate. Et d̄t intermīabilis ad differētiam illius vite q̄ hꝫ terminum a ꝑte añ ⁊ a ꝑte post sicut vita hoīs. vel a ꝑte añ tm̄. sicut vita angelorum. ⁊ dicit tota simꝫ ad dr̄ia... angelice. q̄uis em̄ esse angeli ꝑm substantiam sit totum simꝫ nō tm̄ ꝑm opationem. cū habeat opatōes successiuas ⁊ intellectiōes. ⁊ dic̄ ꝑfecta ad designandū q̄ eternitati nihil deest. ꝑfectum em̄ ē cui nihil deest. prīo celi ⁊ mdi.

Eternitas igit̄ est interminabilis vite tota simul ⁊ ꝑfecta possessio. Qd̄ ex collatione temporaliū clariꝰ liq̄t nam q̄cq̄d viuit in tp̄e: id p̄sens a p̄teritis in futura ꝓcedit. nihilq̄ est ī tp̄e ꝯstitutū qd̄ totum vite sue spaciū pariter possit amplecti. Sꝫ crastinum q̄dem nōdum apprehendit hesternū vero iam ꝑdidit. In hodierna quoq̄ vita non amplius viuitis q̄ in illo mobili trāsitorioq̄ momento. Quod igitur temporis patitur conditionem. licet illud (sicut de mūdo censuit arestotiles) nec ceperit vnq̄ esse nec desinat. vitaq̄ eius cum temporis infinitate tēdatur. nondum tamen tale est vt eternum esse iure credat̄. Nō em̄ totum

¶ Qd̄ ex collatiōe. Hic declarat diffinitiōez. scd̄o redarguit q̄sdā q̄ vocabulo eternitatis abutebantur. ibi. Qñ non recte Prīo ergo declarat diffinitōez eternitatis in cōpatione ad tp̄s. dicēs. Vñ dictū est q̄ eternitas est possessio tota simul interminabilis vite. qd̄ liquet clarius ex collatōne

id est ex ꝯpatione tpaliũ. Nã q̃cq̃d viuit in tpe illud pñs exñs ꝓcedit ꝑ successiuã mutabilitatẽ a p̃teritis in futura. ⁊ nihil ẽ i tpe ꝯstitutũ q̃d pariter possit ãplecti. i. ꝯp̃hẽdere totũ spaciũ vite sue. sed crastinũ nõdũ app̃hẽdit. hesternũ v̄o tp̃s iã ꝑdidit ⁊ in hodierna vita nõ amplius viuit. i. nihil plus ẽ pñs de hodierna vita nisi q̃ in isto mobili ⁊ trãsitorio momẽto cõtinet de vita. et dr vita. ⁊ dr momẽtum illud indiuisibile instans q̃ futurꝫ copulat cuꝫ p̃terito. q̃cq̃d igit patit tp̃is conditionẽ. i. successionez. licet nunq̃ cepit eẽ nec desinat esse sicut Aristoteles cẽsuit d mũdo. ⁊ lꝫ vita. i. duratio eius tẽdat id ẽ extendat cũ in initate tp̃is. nõdũ tñ tale est vt iure credat eẽ eternũ qꝛ nõ ꝯp̃hẽdit neq̃ ꝯplectit simul totũ spaciũ vite. i. sue duratõis lꝫ infinite. i. infinito tpe duret. sꝫ futura nondũ hꝫ trãsacta. i. ꝑtransita ⁊ p̃terita ñ hꝫ. Quicq̃d igit ꝯp̃hendit ⁊ possidet pariter totam plenitudinẽ interminabilis vite cũ nihil absit futuri nec aliq̃d fluxerit p̃teriti. illd sure ꝑhibet eẽ eternũ. qꝛ illud eternũ sui compos eo nihil sibi desit. necesse ẽ sꝑ sibi assistere pñs ⁊ est necesse pñtez hr̃e infinitatẽ. i. infinitã durationẽ tuis mobilis. i. successiui. ¶ Notandũ q̃ qꝛ ꝑ cognitionẽ tp̃is deuenim⁹ in eternitatis cognitõez eo q̃ opposita iuxta se posita magis elucescũt iõ per naturã ⁊ successionẽ tp̃is declarat nobis naturaꝫ eternitatis. Sic ẽm rõ tp̃is ꝯsistit i successiõe ⁊ app̃hẽsiõe p̃oris ⁊ posterioris in motu cui⁹ vna pars p̃teriit ⁊ alia est futura. Sic rõ eternitatis ꝑ oppositum consistit i app̃hensione vniformitatis illi⁹ q̃d oĩno ẽ extra motũ comp̃hẽdẽs sil̃ p̃teritũ ⁊ futurꝫ tanq̃ pñs. ¶ Notandũ q̃ ipsi⁹ eterni nil transit in preteritum iõ sꝑ sibi pñs assistit. qꝛ v̄o nunq̃ deficiet sicut nec vnq̃ incepit cũ habeat vitã interminabilẽ. necesse ẽ q̃ assint q̃libet differẽtie tp̃is etiã si ponat tp̃s infinitũ. ⁊ qꝛ eodem mõ assistit differentijs temporuꝫ per quẽ modũ in se subsistit. motus autem quo in se subsistit est presentarius. ideo etiam

simul infinite licet vite spaciũ comp̃hendit atq̃ ꝯplectit sꝫ futura nondum transacta iam nõ hꝫ. Qd igit interminabilis vite plenitudinem totã pariter ꝯprehendit ac possidet cui neq̃ futuri quicq̃t absit nec preteriti fluxerit id eternuꝫ esse iure perhibet. Idq̃ necesse est ⁊ sui compos p̃sens sibi semꝑ assistere ⁊ infinitatẽ mobilis tp̃is habere p̃sentez Unde q̃dam nõ recte qui cum audiunt visum platoni mundum hunc nec habuisse initiũ tẽp̃is nec habiturũ esse defectũ hoc mõ ꝯditori: ꝯditũ mũ/

assistit differẽtijs tpis ꝑ motũ pñtem. ideo dicit ꝙ necesse est eternũ p̃sen/
tem habere infinitatẽ tpis mobilis.

¶ Vñ nõ recte putãt. Hic ph̃ia improbat quosdã q̃ abutebant̃ voca
bulo eternitatꝫ. Scdo doceat ꝓpriũ modũ loquẽdi. ibi. Ita si digna. Pri
mo fac̃ qd̃ dictũ est. scdo manifestat quõ tꝑalia deficiũt a simplicitate di

uine nature quã ni/
tunt̃ imitari. ibi. hũc
em̃ Primo dicit. di/
ctũ est ꝙ eternitas ñ
solũ dicit intermina
bilitatẽ. sed etiã sim/
plicitatẽ. vñ nõ recte
q̃dã putãt q̃ cũ audi
unt visum eẽ plato/
ni mundũ nõ habuis
se initiũ tpis nec ha/
biturũ defectũ. i. finẽ
hoc mõ putãt mun
dũ ꝯditũ fieri coeter
nũ conditori. Causa
aũt q̃re ñ recte putãt
est. qꝛ aliudẽ duci ꝑ
interminabilẽ vitaꝫ
cũ quadã successiõe.
qd̃ plato tribuit mũ
do et aliudẽ ꝑiter. i.
siml' eẽ cõplexã totã
pñtiã vite intermĩa
bilis qd̃ est ꝓpriũ di
uine mẽtis. Et qꝛ ali
q̃s diceret. Si mun

dum fieri coeternum putãt. Aliud
est em̃ per interminabilem duci vi/
tam qd̃ mundo plato tribuit aliud
interminabilis vite totam pariter
complexam esse p̃sentiam quod di/
uine mentis proprium esse manife
stum est. Neqꝫ deus conditis rebus
antiquior videri debet tempis quã
titate sed simplicis potius ꝓprieta
te nature Hunc em̃ vite immobilis
p̃sentiaꝝ statum infinit⁹ ille intꝑa/
lium rerũ motus imitatur. Cunqꝫ
eũ effingere atqꝫ equare nõ possit ex
immobilitate deficit immotũ. ⁊ sim
plicitate p̃sentie. decrescit i infinitã
futuri ac p̃teriti quantitatẽ. Et cum
totã pariter vite sue plenitudinẽ ne

dus nunq̃ incepit videt̃ eẽ coetern⁹ deo. ¶ Ad qd̃ tñdet ꝙ de⁹ est prior
mdo ñ ãtiq̃tate tpis. sed simplicitate nate. vñ d̃t. Neqꝫ ei de⁹ dꝫ videri ãti
q̃or rebꝫ ꝯditis q̃ntitate tpis. sed ꝓprietate simplicis nature ¶ Notanduꝫ
sicut ptꝫ ex li. thimei. Plato voluit mundũ incepisse sed finẽ nõ habere. et
hoc idẽ Aristo. sibi imponit celi et mũdi di. ꝙ sol⁹ plato generat mundũ
Quid g̃ est qd̃ dicit Boe. ꝙ plato nõ posuit mundũ incepisse. ad hoc d̃r
ꝙ dũ plato dixit mundũ habuisse initiũ intelligit̃ ꝙ habuit initiũ institu
tionis. nõ aũt tpis. sicut ponit exemplũ de vestigio pedis. vt si pes ab eter
no stetisset inpuluere pes esset causa vestigij naturaliter p̃cedens vestigi/
um licet nõ tempore. ¶ Hunc enim vite immobilis. hic manifestat quõ
tẽporalia deficiunt a simplicitate diuine nature quãnituntur imitari di.

Prosa sexta

Ille infinitus motus rerum temporalium imitatur q̄tum potest hunc p̄sentarii statū vite imobil. i. eternitatis. ⁊ cū eū ñ possit effingere. i. exprimere ⁊ eq̄re. deficit ab ei⁹ imobilitate successiue acq̄rēdo q̄d sil' h̄re ñ potuit. ⁊ ex simplicitate p̄sentie decrescit i infinitā q̄ntitatē p̄teriti et futuri. ⁊ cū neq̄at possidere p̄iter totā plenitudinē vite sue h̄ ip̄o aliq̄ mō nūq̄ eē

queat possidere. hoc ipsoq̄ aliquo modo nūq̄ esse desinit. illud quod implere atq̄ exprimere nō pōt aliquaten⁹ videt emulari. alligans se ad qualemcūq̄ p̄sentiaz hui⁹ exigui volucrisq̄ momenti. Que qm̄ manentis illi⁹ p̄sentie quandam gestat imaginem q̄buscūq̄ ꝯtigerit id prestat vt esse videant. Qm̄ vero manere non potuit. infinitum temporis iter arripuit. Eoq̄ modo factuz est vt continuaret eundo vitam cuius plenitudinem complecti non valuit permanendo. Itaq̄ si digna rebus nomina velimus imponere.

desinit. videt aliq̄tenus emulari illd̄ q̄d iplere nō p̄t. alligās se. s. stat⁹ tp̄alis ad q̄lemcūq̄ p̄sentiaz h⁹ momēti. i. instātis exigui. i. indiuisibilis. ⁊ volucris. i. trāsitorij q̄. s. p̄ntia instātis tēporis gesta q̄ndā imaginē manētis p̄ntie. i. eternitatis ⁊ p̄stat q̄buscūq̄ cōtigerit vt illa eē videant. Naz illa dicim⁹ eē q̄ sunt in p̄nti momento q̄a ꝟo non potuit manere. s. p̄ntia istantis ꝓpt naturaz rei mobilis. iō arripuit infinituz iter tp̄is p̄ successionem. ⁊ eodem mō factum ē vt ꝯtinuaret vitam eūdo de vno esse in alid̄. cui⁹ plenitudinē ñ valuit. i. potuit ꝯplecti p̄manēdo ¶ Nota q̄ infinit⁹ modus rer̄ tp̄alium q̄tuz p̄t imitat statum eternitatis qr ñ pōt eū totaliter exprimere. qr stat⁹ tp̄alis est successiuus. status eternitatis ñ ⁊ status tp̄alis respicit preterituz ⁊ futuz. stat⁹ eternitatis tm̄ p̄ns. tm̄ in h̄ imitat statū eternitatis. qr sicut eternitas nunq̄z deficit. sic infinitus mot⁹ rer̄ tp̄alium nunquā eē desinit. ⁊ sic in tp̄e ē dare instans q̄d hz quādā imaginē cū eternitate. ita q̄ sic in eternitate aliq̄d d̄r ē. ⁊ sicut illa dicim⁹ eē q̄ sunt in p̄nti istāti. iō status rer̄ tp̄aliuz licz ñ possint imitari statū eternitatis p̄ntialr p̄manēdo. tm̄ ip̄m imitat suā duratōnē successiue ꝯtinuādo. ¶ Itaq̄ si dig̃. In ista p̄te docz ph̄ia quō ꝓprie loq̄ndū sit d̄ deo ⁊ d̄ mōdo di. Si nos seq̄ntes platonē veli⁹ iponere noīa digna. i. ꝯueniētia reb⁹. dicā⁹ deū eē eternū. mōm ꝟo dicā⁹ ꝑpetuū. ⁊ h̄ consonat dicto autor⁹ grecismi. Eternū ꝟo sine p̄ncipio sine fine, Perpetuū cui principium sz sine carebit.

¶ Qm̄ igitur oē iudiciū. Hic ph̄ia ex dictis oñdit modū scie diuie. Prio g̃ oñdit q̄lis sit scia diuia. ⁊ q̄liter sit noīanda dicēs. Qm̄ oē iudiciū comp̄hēdit ea q̄ sunt sibi subiecta. i. sua obiecta ꝑm sui naturaz. i. ꝑm naturam ꝓtutis cog̃scētis. Natura aūt dei talis ē ꝙ sermo ipsi deo est stat⁹ etern⁹ ⁊ p̄sentari⁹. Ex q̄ sequit̄ ꝙ scia dei supgressa oēm motionē tp̄is manente in simplicitate p̄ñtie ⁊ ꝯplectens infinita spacia p̄teriti ⁊ futuri tp̄is. oīa cōsiderat q̄si iā. i. p̄ñtialr̄ gerātur in sua simplici cognitiōe tūc oñdit q̄ modo scia dī ē noīanda dicēs. Itaq̄ si velis pensare p̄scientiā qua cuncta dinoscit non dices diuinā scientiam esse prescientiam quasi futuri. sz recti⁹ estimabis diuinā sciam esse īstātie id est presentie nūq̄ deficientis. quod cōfirmat per ethimologiam huius noīs prouidentia dicens.

Platonem sequentes deū q̄dē eternū mundū vero dicam⁹ esse ꝑpetuū Quoniā igit̄ om̄e iudiciū ꝑm sui naturā q̄ sibi subiecta sunt cōp̄hendit. est aūt deo semꝑ etern⁹ ac p̄sentari⁹ status. Scientia quoq̄ eius omnez temporis supgressa motionez ī sue manet simplicitate p̄sentie infinita q̄ p̄teriti ac futuri spacia complectens. Omnia quasi iam gerātur in sua simplici cognitione considerat Itaq̄ si prescientiaz pensare velis qua cuncta dinoscit non esse p̄scientiā quasi futuri. sed sciam nunq̄ deficientis instātie rectius estimabis. Unde non preuidentia sz prouidētia potius dicitur. ꝙ porro ab reb⁹ infimis constituta quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat

Unde cognitio diuina non dicitur preuidentia. quia illa importat ordinez ad futurū. sed dicitur prouidentia quasi porro id est ꝓcul a reb⁹ infimis constituta ab excelso cacumine rerum cuncta prospiciat.

¶ Notandū ꝙ cognitio sequitur modum rei cognoscentis. ideo cognitio et scientia dei sequitur statum et dispositionem dei. status autem dei est eternus ⁊ p̄sentari⁹ cum esse diuinū mensuretur eternitate. ergo sciētia dei erit eterna ⁊ p̄sentata ita ꝙ omnia q̄ sunt preterita ⁊ futura cognoscit quasi sint presentia.

¶ Notandum aliquis diceret non ens non potest esse alicui presens sz preteritum ⁊ futurum est non ens ergo non potest esse presens cognitioni

Prosa quinta

diuine Dicendū ꝙ duplex ē nō ens. Quoddā q̄d nullo mō ē ens: ⁊ tale nō est realr pñs alicui cū nihil sit. Aliđ ē nō ens ñ simplr. sed qꝛ actu nō est ens. ⁊ lꝫ hmōi ñ possit realiter coexistere tpi pñti cū pōt coexistere eternitati. qꝛ eternitas cū sit īfinita excedit tp̄s pñs extēdēdo se ad p̄teritu ⁊ futuꝝ. Et sic p̄teritū ⁊ futuꝝ sunt eternitati coexistētia pñtialr. qꝛ in eternitate ñ est successio vñ nō sequit si aliq̄d coexistit eternitati ꝙ ꝓ tāto simplr existat qꝛ eternitas etiā extēdit se ad nō exñs. sic ad p̄teritū ⁊ futuruꝫ ¶ Notādū ꝙ đo oīa sunt pñtia ⁊ sibi nihil est futurū. iō scia sua nō est dicenda p̄scia q̄ sonat aliq̄d futuꝝ. nec dꝫ dici p̄uidentia ꝓpter eandem cām. sed dꝫ dici ꝓuidentia q̄i ꝓcul cōstituta a rebꝫ inferioribꝫ omnia ꝓspiciens. ¶ Quid igitur postulas. Hic soluit obiectiones superiꝰ factas ꝯ ꝓuidentiā. Prīo ergo oñdit q̄liter hmōi obiectiōes soluant scđo resumit primā obiectionē ipsam fortificādo vt formaliꝰ soluat. Secūda ibi. Hic si dicas. Circa primū notādū ꝙ tres erāt rōes. q̄rū prima ⁊ scđa fundant sup h̄. ꝙ nihil p̄t eē p̄scitū a deo nisi id sit necessariū. Tertia fundat sup h̄ ꝙ euēt ꝰ incert ꝰ non p̄t certitudinalr cognosci. Facit ergo duo. Prīo oñdit ꝙ p̄scia nō imponit necessitatē rei p̄scite. ꝑ quod soluitur prima ⁊ scđa rō. Scđo oñdit ꝙ scia dei nō mutat naturā rei. sꝫ sil stāt certitudo a ꝑte scie. ⁊ incertitudo a ꝑte euent ꝰ. ꝑ q̄d soluit tertia ratō. scđa ibi Quare hec diuina. Primo dicit. Exq̄ deus cognoscit oīa tanq̄ p̄sentia quid igitur postulas vt illa fiant necessaria q̄ lustrent. i. comp̄henduntur diuino lumine id ē diuina cognitione. cū nec hoīes faciant ea necessaria q̄ pñtialr videant. verbigr̄a. Qđ hō videt in pñti non facit esse necessarium. nunq̄d em̄ intuit ꝰ tuus addit i dabit aliquam necessitatem eis q̄ tu cernis pñtia. đt Boe. Minime Et ph̄ia. Si ē digna collatio diuini et humani intuitus respectu pñtis sic vos videtis. quedā hoc pñti tpario. i. in pñti tpis. ita deꝰ suo eterno intuitu oīa cernit tanq̄ pñtia ¶ Notāduꝫ ꝙ intuit ꝰ nr̄ rei pñtis nullā īponit necessitatē rei pñti. qꝛ visio sortis currētis non īponit necessitatē sorti currēti qꝛ pōt sortes currere vl non currere. Sic etiam intuit ꝰ diuin ꝰ q̄ oīa pñtialr cognoscit. nullam imponit rebꝫ ne-

Quid igitur postulas vt necessaria fiant q̄ diuino lumine lustrent. cum ne homines q̄dem necessaria faciāt esse que videant. Num em̄ q̄ p̄scientia cernis: aliquā eis necessitatē tuꝰ addit ītuitus. B. Minime. P. At qui si est diuini humanique presentis digna collatio vti vos vestro hoc temporario presenti quedam videtis: ita ille omnia suo cernit eterno.

cessitatē. sed videt ea pñtialiter sicut futura sunt necessario futura ⁊ cōtin/
gentia videt ꝯtingenter futura. ¶ Quare hec diuina p̄notio. Hic ostē
dit, ꝙ circa ꝯtigētia sil' stāt certa ꝯgnitio dei ⁊ icert⁹ euēt⁹ rei dicēs. Qua/
re hec diuīa p̄notio q̄ de⁹ nouit futura. illa nō mutat ꝓprietatē rer̄ q̄ ad ne
cessitatē ⁊ ꝯtingētiā. qꝛ ñ imponit necessitatē rei q̄ ꝯtigēs est. sꝫ talia apd
se spectat pñtia q̄lia
olim p̄ueniēt futura
nec ꝯfundit rer̄ iudi
cia vt ꝯtingēs faciat
nō esse ꝯtingens. sed
vno ītuitu mentꝫ di/
noscit taꝫ necessarie
q̄ꝫ nō necessarie ven
tura. i. futa. Qd de/
clarat in exemplo di.
Sicuti vos homies
qñ pariter. i. in eodeꝫ
instanti videtꝫ hoieꝫ
ambulare in terra et
solē oriri in celo. licet
vtrūq̄ simil' sit ꝯspe
ctū. tñ discernitis h̄
eē volūtariū. s. hoieꝫ
ambulare in terra et
illud eē necessariū. s.
solē oriri. Ita sil'r di
uin⁹ intuit⁹ cūcta re/
spiciēs. i. deorsū aspi
ciens minime ꝑtur/
bat rer̄ q̄litatē s. cō/
tingentiā ⁊ necessita
tē rer̄. dico apud se p̄
sentiū rōne eternita/
tis. sꝫ futurar̄ ad cō

Quare hec diuina p̄notio naturam
rer̄ ꝓprietatemq̄ nō mutat. Talia
q̄ apud se p̄sentia spectat qualia in
tp̄e olim futura ꝓuenient: nec reruꝫ
iudicia ꝯfundit vnoq̄ sue mētis in
tuitu tam necessarie q̄ꝫ nō necessarie
ventura dinoscit. Sicuti vos cum
pariter ābulare in terra hoieꝫ: ⁊ ori/
ri in celo solem videtis quāq̄ꝫ sit si/
mul vtrūq̄ ꝯspectū tñ discernitis.
et hoc voluntariū illud esse necessa
riū iudicatis. Ita igitur cuncta de/
spiciens diuin⁹ intuitus qualitateꝫ
rer̄ minime ꝑturbat. apud se q̄dem
presentium, ad cōditionem vero tē
poris futurarum. Quo fit vt hec nō
sit opinio, sed veritate potius nixa
cognitio cum extitur̄ q̄d esse cogno
scit, qd idez existendi necessitate ca/

ditionem tp̄is. Quo fit vt cognitio futuror̄ dei tanq̄ꝫ pñtium nō sit opi
nio. sed cognitio v̄itate nixa. i. ꝯfirmata. cū cognoscit aliq̄d esse extitur̄. i.
futur̄ q̄d idē nō nesciat. i. bñ sciat carere pōt necessitate exñdi. ¶ Notādū
de hoc ꝙ dr deū pñtial'r oīa cognoscere. s. p̄terita ⁊ futura. ponūt q̄dā ex/
emplū de baculo fixo in aq̄ q̄ successiue toti fluuio pñs est. qꝛ ꝑtibꝫ ei⁹. sic
eternitas sil' est cū toto tp̄e. ⁊ cū oībꝫ q̄ fluūt ī tp̄e. ita ꝙ totū tp̄s et q̄cq̄d ē
successiuū in tp̄e ē pñs eternitati. vt si ponat' eternitas sicut centrū ⁊ totuꝫ
tp̄s sicut circūferētia. tunc lꝫ circūferētia continue moueat' ⁊ pars toti suc

cedat. tñ in ꝯpatõe ad centrũ vñiformiter se habet. ¶ Aliud exẽplũ ponitur de aliq̃ q̃ vadit ꝑ viã ⁊ ñ videt hoĩes p⁹ se veniẽtes sꝫ ille q̃ d̃ alta turri respiceret videret totã viã ⁊ hoĩes ꝑ eã trãseũtes tã ꝑcedẽtes q̃ seq̃ntes sic de⁹ de speclo sue ternitatis respiciẽs oĩa pñtialr̃ videt tã pñtia q̃ futa ¶ Hic si dicas. Hic phia redit ad ꝑmã rõnez supi⁹ positã ipam fortificãdo vt formali⁹ soluatur ⁊ fortificat eam. Scdo soluit. Tertõ solutiõez declarat. secunda ibi. Rñdebo. tertia ibi. Due enim Prio dt. Si dicas h̃ scꝫ obijciẽdo illd̃ non posse ñ euenire ꝙ deus videt euẽturũ: q̃a tũc deus falleret̃ q̃d aũt nõ põt nõ euenire id ex necessitate ꝑt ꝯtingere. ⁊ sic astringas me ad nomẽ necessitatis vt ꝯcedam cõtingẽs aliq̃ modo esse necessariũ. Ego fatebor rem solidissime ꝟitatꝫ cui vix aliq̃s accesserit eã cõcedendo. nisi speculator diuini .i. i diuine nature. Tunc soluit obiectionẽ dicẽs. Si coartaueris me vt ꝯcedã aliquã necessitatẽ futuroꝝ. Rñdebo idẽ q̃d futurũ est q̃ ad nos cũ refert̃ ad diuinã notionẽ cui ipm est pñs. dico necessariũ esse. scꝫ necessitate cõditionata. s. rõne ꝑsentie. cum autem idẽ futurum ꝑpenditur in sui natura ratione cui⁹ hꝫ futuritionẽ ⁊ indeterminationem in sui causa necesse est videri liberũ.

rere non nesciat. Hic si dicas. Qd̃ euentuꝝ deus videt: id nõ euenire non posse quod autez nõ potest nõ euenire: id ex necessitate contingere meq̃ ad hoc nomẽ necessitatis astrigas. Fatebor rem q̃dem solidissime veritatis. sed cui vix aliquis nisi diuini speculator accesserit. Rñdebo nãq̃ idez futuꝝ cũ ad diuinã notionem refert̃ necessariũ: cũ vero in sua natura ꝑpendit̃ liberꝝ prorsus atq̃ absolutum videri. Due sunt em̃ necessitates. simplex vna veluti ꝙ necesse est om̃es homines esse mortales. Altera ꝯditõis vt si aliquẽ ambulare scias: eum ambulare necesse

¶ Notandũ ꝙ sicut illud qd̃ in se est contingens quando est nobis presens ratione presentie sortitur quandam necessitatem qua necesse est ipsũ esse dum presens sit. quia omnia sunt deo presentia. ratione istius presentie in ordine ad ipsam diuinam cognitionem sortiuntur quandam necessitatem. licet in sui natura prorsus videantur libera. ¶ Due em̃. Hic phia declarat solutiõez ꝑ q̃ndam distinctõez necessitatis. ⁊ eam applicat ad ꝓpositũ. Scdo ꝯcludit ex ꝑmissis simlr̃ stare ꝙ aliq̃ sunt fm se contin-

gentia ꝛ incerta, q̃ tñ euenīũt certius: aliter in cꝫ tũ a deo ꝓuisa: sc̃a ibi. Fiĕt igit̃ ꝓculdubio cũcta. Prio ost. Due sunt necessitates. vna simplex q̃ est necessitas nature. sicut oēs hoīes necesse ē eē mortales. Alia est necessitas ꝯditionis. vt si scias hoīez ambulare. illũ ambulare necesse ē. qz q̃d q̃s cꝫ nouit. illud nō pōt aliter eē cꝫ notũ ē. sed hec ꝯditio. i. necessitas cōditionata mīme trahit secum simplicē necessitatē qz necessitatem cōditionis non facit ꝓpria natura. sed adiectio conditōis. nulla em̃ necessitas cogit incedere. i. ambulare volũtate gradiētē. i. ambulantem cꝫuis necessariũ sit ipz incedere. i. ambulare. tunc em̃ gradit. i. ambulat. Hāc distinctionē applicat ad ꝓpositũ di. Eodez mō si q̃d ꝓuidētia diuina pñs videt. illō eē necesse est. s. ea ꝯditiōe q̃ ꝓuisum est ꝛ q̃ ponitur sibi pñs. cꝫuis nullā hēat necessitatē nature. sed de⁹ ea futura cōtuet tancꝫ pñsentia q̃ ex libertate arbitrij ꝓueniunt.

Eodem igitur modo si quid prouidentia pñsens videt, id necesse est esse, tametsi nullaz habeat nature necessitatem. Atqui deus ea futura q̃ ex arbitrij libertate ꝓueniuut, pñsentia ꝓtuet. Hec igit̃ ad intuitũ relata diuinũ, necessaria fiunt ꝓ conditōnem diuine notiōis per se vero considerata, ab absoluta nature sue libertate non desinũt

igitur hec relata ad intuendum diuinum fiũt necessaria ꝓ cognitionez diuine notionis. per se vero id est in sua natura non habito respectu ad diuinam cognitionem ipsa non desinunt id est deficiunt absoluta id est a ꝓfecta libertate sue nature.

¶ Notandum fm̃ intentionē Boetij. ista ratio quicq̃d est prouisuz a deo necessario euenit. soluit dicendo q̃ verum est q̃ necessario euenit necessitate conditionata. sed non necessitate absoluta. ¶ Alij aliter soluũt q̃ illa ꝓpositio est vera in sensu composito. sed falsa in sensu diuiso. Unde cuz dr. quicquid ꝓuisum est necessario euenit. verum est in sensu cōpositō. qz ipossibile ē ꝓuisum a deo nō euenire. tñ in sensu diuiso falsa ē. qz cuet⁹

Prosa sexta

¶ Fient igit̄ pculdubio. Hic phīa ꝓcludit ex p̄dict̄ ꝙ ista sit̄ stāt ꝙ alīq̄ fm se sunt ꝓtingentia ꝛ incerta q̄ tñ certitudinal̄r euenīūt in q̄ꝫ tū, puisa a deo. scdo objcit ꝫ hic ibi. Quid igit̄ refert nō eē necessaria. Prio dic̄ Pro culdubio cūcta futura sūt q̄ deꝰ pnoscit eē. alioq̄n falleret diuia ꝓuidētia. sed q̄dā eoꝝ pficiscunt̄. i. ꝓcedūt de libero arbitrio. ita ꝙ ntū ē de eē ipsoꝝ pñt non euenire. Vñ subdit. q̄ q̄ꝫ uis euenīāt. tñ non amittunt ꝓpriā naturā libertat̄. qz priꝰ q̄ꝫ fierēt potuissent ñ euenire. ¶ Nota ꝙ tota intentio boetij fūdat̄ sup̄ hoc aliq̄d libere futuꝝ ex sui nāa in cōparatiōe ad p̄sciam diuinā necessario euēit ꝛ talis est necessitas cōditionata. qz inq̄n tū, puisū est sic necessario euenit, sz nō absolute circūscripta ꝓuisione.

